









1770.

1. Beemamus, Gustavus Barth: De taxatione et acceptatione in solutum interimistica praediorum debitoris in concursu ad const. Incau. Regapl.  
J. J. 29 Jan. 1646
2. Bosius, Reinholo: De draconie arbore Placii
3. Bochmerus, Georgius Tudorius: De iuri adscriptis in testamento alio.
4. Broekel, Georgius: De usuris pretiis, an est quoniam tempore mercator illas exigere possit.
5. Leckking, Joannes: De Belgis seculo XII in Germaniam advenis variisque institutis atque iuribus ex eorum adventu ortis.
6. Lampre, Henricus: De testamenti factione Bremenii

7. Pius hausen, Clem. Wicke. Paul: De actore  
constitutio tam secundum ius communia quam  
statutarium Hamburgense

8. Preller, Ioannes Stephanus: Ioannis Georgii Kaemmer.  
er, Frederici Maximiliani Moors, Ioannis Seling,  
Haurici Lampre . . . sollemnia inauguralia in-  
diciis praemissa commentationis: In insolu-  
tione imperii Romani ab Urlo M. et Ultro.  
nobus facta ejusque effectibus parte III: De  
primae illino instauratiois ab Urlo M.  
factae veris effectibus.

9. Selchow, Jo. Henr. Christ. de: Selecta capta  
doctrinae de infamia.

10. Stecke, Joh. Georgius Christianus: De decreto  
iudicis super admisibilate appellationis

H. Stahlmann, Franso Henricus: De dominio per  
contractum aëstimatorium ante solutionem  
metri in accipientem non transstat.



*Pra. 23. num. 31.*

*24* *1770, 1*  
**DISSESSATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
TAXATIONE ET ACCEPTA-  
TIONE IN SOLVTVM INTERIMISTICA  
PRAEDIORVM DEBITORIS IN CONCVRSV**

*AD*  
 CONSTIT. DVCAL. MEGAPOL. D. D. 29. JAN. 1646.

*QVAM*  
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
 SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE  
 AC DOMINO,  
 DOMINO  
**GEORGIO III.**  
 MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE, ET HIBERNIAE REGE,  
 DEFENSORE FIDEI, BRVNSVICENSIVM AC LVNEBURGENSIVM  
 DVCE, S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE,  
 CONSENSV ET AVCTORITATE  
 ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS  
 PRAESIDE  
**GVSTAVO BERNH. BECMANNO,**  
IVR. VTRIVSQUE DOCT. PHILOS. MAG. ET VIRIVSQUE PROF.  
 PVBL. ORDIN. NEC NON CONSIL. AVL. REG.  
 PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
 RITE LEGITIMEQVE OBTINENDIS  
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
 AVCTOR  
**IOANNES GEORGIVS KAEMMERER**  
GVSTROVIO - MEGAPOLITANVS.

D. IIII. APRIL. c<sup>o</sup> 1646 LXX.

GOETTINGAE,  
 EX OFFICINA BARMEIERIANA.



DESCRIPTIO INNOVARIS IARRIDICA  
TAXATIONE ET ACCEPTE  
TIONE IN SOLUTAM INTERIMSTICIA  
LAWDIAM DIETORIS IN CONCILIA  
CONVENTU BURGUS MEGAVIENSIS  
RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC PONTIFICIS TRICESTRI  
AC DOMINO  
D. MINO  
GEORGII  
CONFERMA ET AUTOCINATE  
INTERIORIS TURCO-ALGERIANA OPTIMA  
CATALOGI LIBRARII THEATRUM  
THEATRIS IN ALBOIS ET HONORAB  
KIRCHEN- ET CIVILIS  
LIBRARIA  
AD ALEXANDRI

VIRO ILLVSTRI,  
CONSVLTISSIMO, EXCELLENTISSIMO,  
DOMINO

## C A R O L O S I B E T H,

IVRIVM LICENTIATO,  
SYNDICO CIVITATIS GVSTROVIENSIS MERITISSIMO,

E T  
SERENISSIMI DVCIS MEGAPOLITANI  
AB AVLAE CONSILIIS,

AVVNCVLO SVO ADMODVM DEVENERANDO,

NEC NON

VIRO SVM ME REVERENDO,  
AMPLISSIMO, DOCTISSIMO,  
DOMINO

## T H O M A E C H R I S T O P H O R O L V G E R O,

PHILOSOPHIAE DOCTORI,  
S. S. THEOLOGIAE BACCALAVREO,  
PRAEPOSITO DIOECSEOS BÜTZOVIENSIS  
GRAVISSIMO,

E T  
MINISTRO VERBI DIVINI AD AEDEM BASILICAM  
BÜTZOVIENSEM PRIMARIO,

AVVNCVLO SVO PLVRIMVM COLENDO,

PATRONIS ATQVE FAVTORIBVS

PERENNI CVLTV SVSPICIENDIS,

HOC IN AVGVRALE SPECIMEN

INTER

VOTA ARDENTISSIMA,

PRO

SALVTE, PROSPERITATE, ET FELICITATE EORVM.

SVSCEPTA,

MEC NOM

IN

SEMPITERNVM PIETATIS MONVMNTVM

CONSECRATVM ESSE VOLVIT

THOMAE CHRISTOPHORO

PAEGERO

PHILOLOGIAE DOCTORI  
E A THROTOLIQUE SAVCIU ARKO  
JANESCHIOT DIOCLETIANUS AVGVSTINIANUS  
GRATIAZIUS

MINISTERIUM AVGVSTI DIVINI AD ALBEMARLICAM

MAJORIVENSIS REPARATIO

AVCTOR.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS

DE

TAXATIONE ET ACCEPTATIONE  
IN SOLVTVM INTERIMISTICA PRAEDIO-  
RVM DEBITORIS IN CONCVRSV

AD  
CONSTIT. DVC. MEGAP.

D. D. 29. JAN. 1646.


§. I.

RATIO INSTITVTI

**T**empsore belli tricennalis, quo proxime elapsos  
saeculo Germania & in primis Ducatus Megapolitanus premebatur, non raro ob rationem communis necessitatis publicae concursus ad bona debitorum in hoc Ducatu excitati sunt. Quumque ob communem pecuniae

A

niae



niae inopiam hoc tempore non facile iustiemtores in distractio-  
ne praediorum iudiciali inuenirentur, necessario euenit, vt,  
impedita hoc modo distractione bonorum debitoris obaerati,  
summa usurarum creditoribus prioribus debitariis, quippe  
quas secundum leges nostras motus concursus non sifit, in  
detrimentum creditorum posteriorum pendente concursu quo-  
tidie cresceret & augeretur. Cui quidem malo medelam ad-  
hibiturus Serenissimus Dux, ADOLPHVS FRIDERICVS proprio,  
& tutorio nomine Serenissimi Ducis GvSTAVI ADOLPHI, per  
modum decreti communis constitutionem promulgavit d. d.  
29. Ian. 1646. in qua inter caetera cautum legitur, vt intra  
duodecim hebdomades a die publicatae sententiae prioritatis  
creditoris omnes ac singuli, in primis vero anteriores sine  
vlla mora taxationem bonorum debitoris eorumque distractio-  
nem curarent, atque si emtorem inuenire non possent, illi ex  
creditoribus anterioribus, qui secundum collocationis sen-  
tentiam & factam taxationem ex his bonis credita sua conse-  
qui possent, haec bona secundum taxationem, donec emtor,  
ad quem omni cura quaerendum obligati manerent, inueni-  
retur, in solutum acciperent, administrarent, & reditus eorum  
inter se pro rata diuiderent. Feliciora, quae hanc constitu-  
tionem inseguuta sunt tempora, in quibus magis emtoribus  
praedia, quam praediis emtores quaerebantur, prouisionali  
hoc & interimistico remedio non indigebant, quo factum est,  
vt verus sensus & usus constitutionis per longam annorum  
seriem memoriae hominum exciderit. Quum vero exitiabile  
atque

etque perniciosum bellum proxime finitum publica pecuniae inopia (a), haud dissimilis priori, & exinde emergens similis emtorum defectus in his terris sequuta sit; non potuit fieri, quin ob redeuentem remedii, per dictam constitutionem introducti, rationem de eodem in usum reuocando iudices pariter ac creditores fuerint solliciti. Quoniam vero ob non usum eius, propter cessantem rationem per tempus fere immemoriale continuatum, interpretatione huius constitutionis usu fori adprobata & confirmata, quam usualem dicunt, caremus; mirura in modum creditores hodie in explicatione & applicatione eius inter se controuersias alunt, quae dissensiones potissimum circa indolem & effectus taxationis & acceptationis in solutum, quam haec constitutio praescribit, versantur. Quam ob caussam operae pretium me facturum credidi, si auctoritatem ICti magni nominis, SAM. STRYKII, existimantis, (b) optime sibi illos consulere, qui operam iis rebus impendunt, quas publica commendat utilitas, & iudiciorum usus frequenti ventilatione dubias reddit, sequutus, in elaborando specimine aliquo inaugurali grauissimum hoc argumentum iuris patrii mihi pro modo virium mearum executendum sumerem. In quo proposito exsequendo ita versabor, ut

A 2

ex

(a) Cuius subleuanda causa nuperime varia ventilata sunt, consilia qualia, quod publici iuris factum est: *Votum decisum über verschiedene Gutachten im Credit-Wesen, Bützen und Wismar 1768.* exhibet.

(b) In praefat. diff. de resignatione iuris ciuitatis, in eiusd. *Dissert. Halensis.* iunctum editis Vol. I. p. 1293. seq.



ex genuina huius legis ratione veram huius taxationis & acceptationis in solutum indeolem ac naturam, & exinde veros eius effectus explicare adnitar.

§. 2.

QVAEDAM AD HISTORIAM CONSTITUTIO NIS DVCALIS

D. 29. IAN. 1646.

Sed haud a re alienum esse credo, si pauca, quae ad historiam dictae legis patriae spectare videntur, praemitterem. Exstat haec constitutio triplici loco typis mandata, eamque quidem exhibet: 1) Sereniss. ADOLPHI FRIDERICI & IOANNIS ALBERTI, D. M. fratrum, *Ordinatio Curiae Provincialis*, cui addita legititur *P. II.* 2) PETR. TORNIVS, ICtus de patria praeclare meritus & Consul quondam Gustrouiensis, *in Tr. de feudis Mecklenburgicis eorumque iure, P. I. cap. 3. sect. 6. §. 9. p. 675. sqq.* 3) P. F. ARPIVS, Confiliarius quondam Cancellariae Suerinensis, in priuata legum, rem iudicariam concernentium, collectione, quae fine addito eius nomine inscribitur: *Sammlung einiger Mecklenb. Landesgefeze und Verfassungen von Justiz Sachen*, vbi prostat pag. 35. sqq. Quae tria quidem exemplaria legis nostrae in singulis verbis admodum inter se differre, nemo ibit infitias, qui ea modo inuicem contulerit. In qua lectionum diuersitate vtique adprobanda est eorum sollicitudo, qui in interpretanda & adiplicanda hac lege in cogitationem de veritate lectionis habenda incidunt, eumque in finem operam conferunt. Quam ob caussam cuius, patriae suae amanti,

amanti, maxime erit collaudanda cura atque industria Icti in patria eiusque foris illustri eruditionis laude conspicui, Consiliarii aulici, CAROLI SIBETH, fautoris summa mihi obseruantia venerandi, qui ad vera & genuina legis verba a falsis lectionibus, in exemplaribus prelo excusis obuiis, dignoscenda, optimam ingredi viam sibi visus est, si veritatem lectionum ex delineatione authentica sive archetypo constitutionis, ad acta tabularii regiminis Suerinensis, vti opinabatur, relato peteret. Qua in opinione Illustrissimum regiminis ordinem adiit, atque vt illud secum communicaretur, rogauit; quo facto iis, quorum curae Ducalis regiminis tabularium demandatum est, iussus in finem illius inuestigandi datus erat. Ex horum virorum relatione, ad regiminis iussum post peractam inuestigationem facta, & deinde cum Viro Illustri communicata, quam quum precibus meis fautor hic summopere collendus haud denegare minime dubitauerit, vltimis huius dissertationis paginis ad publicam eius memoriam ac notitiam subiicere placuit, fides sit, auctoritatem huius legis, omni licet adhibita opera, illis ibi non esse oblatam, sed reperiri solummodo constitutionis aliquod  $\alpha\pi\theta\gamma\rho\alpha\phi\sigma\nu$ , inscriptione manu B. IOANNIS COTHMANNI, qui tempore latae legis Cancellarii munere fungebatur (c), facta praeditum. Neque hoc  $\alpha\pi\theta\gamma\rho\alpha\phi\sigma\nu$  cum caeteris exemplaribus, typis expressis, vbiique

A 3

con-

(c) Eius in Cancelleriariorum Mecklenburgensium numero meminit ERN. LOACH. DE WESTPHALEN in *præfat. ad Monum. ined.* Tom. III. pag. 10. not. r.



conuenire, sed contra valde passim ab iis partim defectū, partim diuersitate verborum, quae reliqua tria exemplaria praebent, discrepare, eadem relatio testatur, atque cuilibet statim ipsi patebit ex inspectione lectionum variantium, relationi in fine dissertationis obuiae subiectarum, quas, comparando tria illa constitutionis exempla cum hoc *περιγράφω*, auctores relationis diligenter animaduerterunt ac collegerunt, & quarum communicationem pariter benevolentiae Viri Illustris debo.

§. 3.

CONSTITUTIO IPSA EXHIBETVR.


Antequam vero ipsam argumenti dissertationis tractationem adgrediar, abs re esse haud videtur, ipsa constitutionis verba addere. Quapropter quum exemplum eius in *Ordinatione Curiae Provincialis* obuium vitiōse admodum se habeat, editio legis vero, a PETRO TORNOVIO exhibita, caeteris videatur esse correctior, quamuis eam passim etiam defectibus vitiisque laborare negari nequeat; in exemplari quodam typis exscribendo fidem huius TORNOVII sequi putaui commodissimum, vitiis atque defectibus in illa notabilioribus non statim quidem emendatis, additis tamen, quia ad sensum legis facere videntur, emendationibus, litteris minoribus huiusmodi parentheseos signo [ ] comprehensis. Verba quidem constitutionis patriae, prout ea apud TORNOVIVM exstant, sequentem in modum concepta sunt:

Als

Als der Durchl. Hochwürdigster, Hochgebohrner Fürst vnd Herr, Herr ADOLPH FRIEDRICH, Herzog zu Mecklenburg, Fürst zu Wenden, Schwerin vnd Ratzeburg, auch Graf zu Schwerin, [Administrator des Stifts vnd Graf zu Schwerin] (d) der Lande Rostock vnd Stargard Herr &c. Für sich vnd in Vormundschaft des auch Durchleuchtigen, Hochwürdigen, Hochgebohrnen Fürsten vnd Herrn, Herrn GUSTAPH ADOLPHEN, auch Herzögen zu Mecklenburg, postulirten Bischofen des Stifts Ratzeburg, Fürsten zu Wenden, Grafen zu Schwerin, der Lande Rostock vnd Stargard Herrn &c. Ihres vielgeliebten Vettern, vnd Pflege-Sohns, aus denen bey beyden Fürstl. Regierungs-Canizeleyen, vnd im Hof-Gericht publicirten Priorität-Vrtheln, so auf beschahene transmissiones actorum von fremden ausländischen Vniuersitäten vnd Facultäten abgesafet vnd eingeholet worden, erschen vnd befunden, daß die, auf die Capital-Pöste, vermöge der Rechte, vnd I. F. G. Landes-Ordnung gebührende vnd betagte rechtmäßige Zinsen darinnen nicht gebührend in Acht genommen, sondern in etzlichen allen Capitalien nachgesetzet, in etzlichen nicht vollenkommen, oder nur auf gewisse Zeit erkannt worden, folches aber nicht allein den gemeinen beschriebenen Käyferl. Rechten vnd dieses Landes vnd Fürstl. Gerichts Herkommen vnd Observanz zuwieder, [sonderu] auch I. F. G. Lehn-Leuten vnd Unterthanen, wann sie durch eingewandte

Appell

(d) Huius lectionis diuersitas sine dubio debetur Tornouii in describenda constitutione festinationi, titulum Ducum patris litteris ita mandantis, prout eius aetate concepi solcbat. Constat enim ex rerum gestarum memoria, anno lateae constitutionis Duxes Megapolitanos nondum praeditos fuisse Principum Suerinensium & Ratzeburgensium dignitate, quae illis demum A. 1648. ex functione I. P. O. art. XII. adquisita est, qua feuda episcopatus Suerinensis & Ratzeburgensis in compensationem ciuitatis portusque Wismariensis in Suecos translatæ in feuda perpetua sub Principatus dignitate conuersta sunt. MATTH. IO. BEER rerum Mecklenburgicarum lib. VIII. cap. IV. pag. 1519. (Lipz. 1741.) Magnif. G. o. Lvd. BOEDMERI, Praeceptoris numquam siae pia mentis veneracione mihi nominandi, principia iur. feud. §. 414. not. b. pag. 275. (edit. Adae. Goetting. 1767.)



Appellationes dasselbe iedesmahl zu reformiren und zu ändern bitten vnd suchen müssen, viel Beschwer, Vnkosten, vnd weitläufige Proceszen cauſiret vnd verursachet werden. Diesemnach wollen I. F. G. alle vnd iede Priorität-Vrthel, so nach diesem dato publiciret werden, darin die gebührende betagte Landüblichen Zinsen entweder allen Capitalien nachgesetzet, oder nicht vollkommen, vnd nur auf Jahr schare erkannt, hiemit vnd Kraft dieses gemeinen Bescheides nach den gemeinen beschriebenen Kayserl. Rechten, vnd hiesigen Fürstl. Canzeleyen vnd Hof-Gerichts iederzeit gehaltenen Obseruanz declariret, vnd demnach also vnd dergeftalt hiemit erklärt haben, dafs, an welchem Ort die Vrthel iemand das Capital zuerkannt, an selbigen Ort er auch der darauf rechtmäſig betagten Zinsen vollkömmlich bis zur Zahlung fähig seyn, vnd dahin iederzeit sothane Vrthel von I. F. G. verordneten Canzler, Directore, vnd Räthen declariret. vnd also aller Anlaſs, dadurch die Parten in Weitläufigkeit vnd Vnkosten könnten geführet werden, verhütet, vnd abgewendet werden sollen, Alldieweil sich aber hiebey befindet, dass etliche Creditores, sonderlich diejenigen, so in der Priorität-Vrthel die vornehmsten seyn, sich dieses Vorzuges missbrauchen, indem sie nach eröfneter Priorität-Vrthel das Werk vnd Sache daher ganz liegen vnd stecken vnd dasselbe zu voller Endſchaft zu befördern, sich wenig angelegen seyn laſſen, dass sie vermeinen vnd in den Gedanken ſtehen, ſie feyn ihres Capitals und laufenden Zinsen durch oberwehnzt I. F. G. Verordnung vnd Declaration genugſam verſichert, vnd aber durch ſolche der ersten Creditoren Hin- vnd Nachläſſigkeit den nachgeſetzten Creditoren, ſo vermöge der Vrthel vnd cedirten Güter Valor tempore publicatae ſententiae hätten ihre zuerkannte Pöſte bekommen können, vermittelſt Aufwachſes der Zinsen allgemach ihre Pöſte dermaßen verringert werden, dass ſie endlich gar leer aus gehen würden, folches aber der christlichen Billigkeit zuwiedern. Als ist I. F. G. ernster Befehl, dass die sämtliche Creditoren, fürnemlich aber diejenigen, so in der Ordnung voranſtehen, vnd das Ihrige bekommen können, innerhalb 12 Wochen a die publicatae ſententiae prioritatis die Taxation  
der

der cedirten Güter vnnachlässig befodern, dieselbe verkaufen, oder da sie sobald keinen Käufer bekommen können, alsdenn dieienigen, welche nach der Prioritaet-Vrthel vnd gemachten Taxt ihre Bezahlung bekommen können, dieselbe Güter, nach dem gemachten Taxt, so lange, bis sie an einen Käufer, darum sie sich denn höchsten Fleisses zu bemühen schuldig seyn sollen, gerathen können, in solutum annehmen, vnd entweder durch einen gemeinen Curatorem, oder, wie sie sich sonst darum können vertragen, verwalten lassen, vnd die Intradens pro rata ihrer Foderung unter sich theilen vnd geniesßen; die Creditores aber, so vermöge der Prioritaet-Vrthel vnd gemachten Taxts nichts bekommen können, dieienigen Stück des Gutes, deren bloßen Besitz sie etwan hiebevor, vnd ante concursum per simplicem immisionem oder sonst erlanget, den Prioribus, welchen das Gut in solutum zugeschlagen (gegen Wiederempfahrung nothwendiger *beständigen* (e) Meliorationen, so zu I. F. G. Canzeley-Gericht Moderation, ohne einiger in hoc puncto moderationis *verstandener* [verstateter] Appellation ausgestellet seyn soll) (f) vnweigerlich sub poena emissionis abtreten vnd einräumen, vnd also dem Liquidations-Processe seine Endschafft geben, oder da der eine vnd andere im Gemenge zu sitzen Bedenken haben würde, vnd das Gut ohne sonderbare Depretierung sich theilen ließe, soll ein ieglicher nach Veranlassung der Prioritaet Wahl haben, vor seiner Foderung secundum taxam ein Stück vom Gute absonderlich anzunehmen, iedoch mit dem Beding, daferne die Nachstehende über kurz oder lang ihm seine Zinsen vnd beweisliche beständige Meliorationes baar erlegen, vnd wegen Capitals Zeitwährenden indulto moratorii genugsam Versicherung thun, nach aufgehobenem indulto moratorio aber auch das Capital baar bezahlen würden, er alsdenn sein Antheil dem andern wieder anwachsen lassen, oder auch auf gleiche Masse  
mit dem andern wachsen lassen

der

(e) Hoc verbum in reliquis exemplaribus prelo excusis nou extat.

(f) Omnia huius parenthesos verba in *προγέφτη* Suerinensi desiderantur.

B

der nachgesetzten Creditoren (so gegen ilium des iuris offerendi sich gebrauchen wollen) Antheil an sich vnd sein Antheil erlangen soll mit dem Anhange, daferne sie, vnd sonderlich die Priorés daselbe alles in gesetzter Frist nicht thun noch befodern werden, das nach Ablauf solches gesetzten Termini niemanden einige Zinsen mehr zugerechnet, noch gut gethan werden sollen. Damit aber auch diejenigen, so in Hoffnung ein bessers Recht zu erlangen von der Priorität-Vrthel zu appelliren gedrungen, hiebey in Acht genommen werden mögen, so soll auf des Appellanten erstes Anhalten vnd dabey übergebene *Informatori* [Reformatori] Vrthel [daferne selbige in rem iudicatam ergangen, vnd wider sie keine andere Rechsanmerk vor genommen worden] (g) demienigen, welchem er wieder vorgesetzt worden, innerhalb 6 Wochen vnweigerlich cum fructibus a die publicatae sententiae perceptis ihn zu bezahlen, oder auch ihr Antheil an den Gütern, gegen billige Erstattung befindlicher Melioration würklich abzutreten, oder die Emission gewältig zu seyn, ernstlich anbefohlen vnd effectuirt werden. Vnd werden bey diesem Punct die Vrthelfasser in appellationis instantia hierunter erinnert, hinführo (weilen vnterwiesen ein Wiedriges bishero geschehen) nur über diejenigen Pöste, wovon appelliret, vel reformando vel confirmando zu sprechen, vnd sie eo loco zu setzen, da sie in prima instantia billig von Rechtswegen hätten gesetzt werden sollen, der übrigen Pöste aber, die sich des remedii appellationis nicht haben gebrauchet, sondern die Vrthel in rem iudicatam ergehen lassen, vorbezugehen, vnd suo loco stehen zu lassen.

Als I. F. G. auch weiter befunden, daß zu mehrmalen bey Einholung ausländischer Facultäten Vrthel sich begeben, das eines theils Facultäten, oder Referendarii derselben die separationem creditorum & bonorum paternorum vnd creditorum & bonorum cedentis auf das quin-

quennium

(g) Verba haec parenthesi comprehensa in ceteris constitutionis exemplis adhuc addita reperiuntur.

qneumum restringiren, solches aber alles der Landüblichen von vnden-  
lichen Jahren her gehaltener Observanz durchaus zuwider läuft. Dem-  
nach wollen I. F. G. das fort mehr solche separationes bonorum, ohnge-  
achtet einiger praescription in Acht genommen, vnd alle Grosväterliche  
Creditores, sie seyn chirographarii, oder hypothecarii, den väterlichen  
vnd consequenter alle väterliche Creditores des cedentis Creditoribus so-  
wohl an Capital *as* [als] Zinsen sollen vorgezogen werden, [vnd soll fort-  
hin zu mehrerer Nachricht der Facultaeten bey allen Prioritaet-Aeten Copia dieser I. F.  
Gn. Confusione begeleget werden.] (h) welche sie dann in allen obigen Pün-  
kten der Gebühren nach schon beobachteten werden, oder, da sie gleich über  
Verhoffen dieselbe nicht attendiret hätten, sollen dennoch die eingehole-  
te Vrthel hernach Kraft dieses in I. F. G. Namen von Dero Canzeley-Di-  
rectore vnd Räthen declariret seyn. Wornach sich iedermanniglichen ge-  
horsamst zu achten vnd zu richten. Gegeben Schwerin, den 29. Ianuarii  
Anno 1646.

## (L. S.)

ADOLPHI FRIEDERICI  
ARGVMENTI HVIVS LEGIS EXPOSITIO  
GENERALIS.  
§. 4.  
His ex verbis constitutionis nostrae manifestum est, sen-  
tentiam eius tria summa capita, concursum creditorum respi-  
cientia, complecti. Primum ab initio usque ad verba:  
Alldieweit sich aber biebey befindet, &c. concernit usuras cre-

B 2

ditoribus

(h) Argumentum horum verborum, parentheses signo circumscriptorum, re-  
liquis huius legis exemplis insertum adhuc legitur.

ditoribus debitas, & determinat, *quousque & quo loco* in sententia collocationis ipsis adjudicandae fint. Secundum a verbis: *Alldieweil sich aber hiebey befindet, &c.* ad verba: *Als I. F. G. auch weiter befunden, &c.* quod naturali modo ex priori ortum trahit, medium praescribit, quo mediante creditores priores post prioritatis sententiam, venditione praediorum impedita, *vsuras futuras* ex illis percipere debent. Tertium a verbis: *Als I. F. G. auch weiter befunden &c.* ad finem, determinat *ius separationis* creditorum in concursu, eiusque visualis extensionem a iure communi longe recentem confirmat.

§. 5.

EXPOSITIO SPECIALIS CAPITIS TERTII.

Quum caput secundum huius constitutionis primarium tractationis nostrae argumentum constituat; pro scopo nostro sufficiet, primi & tertii capituli sententiam breuibus tantum delineare; & quum tertium legis caput argumentum ab iis, de quibus antecedentia capita disponunt, diuersum pertractet, contra ea vero primum atque secundum quodammodo inter se cohaereant (*i*); ea quae nobis de tertio capite differuisse e re visa sunt, praemittere placet. Quod igitur primo ad ultimum caput attinet, in eo *ius separationis* creditorum in concursu secundum

(*i*) **III. HERMANN. BECKERVS,** Prof. hodie Acad. Gryph. sive Resp. CAR. FRID. KÜTEMAYER in diss. *de iure separationis in concursu creditorum* (Rostoch. 1759.) §. 28. p. 39.

secundum singularem eius extensionem usualem in terris Mepopolitanis confirmatur. Per separationem in concursu intelligimus actum, quo quidam a creditoribus debitoris obaerati ita distinguuntur, ut ex rebus in patrimonio eius quidem obuiis, sed a reliqua massa bonorum distinguendis, ipsis satisfieri debeat. Quae vel de iure civili stricto competit, & regulariter tantum res singulares concernit, vel ex beneficio Praetoris concessa est, & vniuersitatem rerum respicit. Illa separatio specialis est, quae iis competit, qui non qua creditores liquidati, sed ex iure in re, quod ipsis contra hunc iam competebat, reali actione res singulares petunt, siue hoc ex dominio fiat rei vindicatione (k), siue ex iure hypothecae, ante acquisitionem rei obligatae a debitore factam iam constituto, actione hypothecaria. (l) Posterior separatio generalis est, & creditores liquidati proprie sic dictos concernit, vbi res, in fauorem quorundam creditorum distinguenda ab aliis, vel vniuersitas facti vel iuris est. Illa separatio obtinere censetur inter vnius debitoris diuersarum tabernarum creditores. (m) Haec a Praetore concessa est iis, quibus ex here-

B 3

ditate

(k) B. Cancell. IUST. HENN. BOEHMERVS in *Introd. in Ius Digest.* tit. de reb. auct. iud. poss. vel vend. §. 7. AVG. LEYSERVUS in medit. ad Pand. spec. 479. Vol. 7. p. 471. sgg. cit. diff. Beckero-Kutemey-eriana §. 2. p. 2. sgg. ibique laudati DD.

(l) I. H. BOEHMERVS l. c. tit. qui potior. in pign. §. 4. n. 3.

(m) Arg. L. 5. §. 15. 16. 17. de tribut. auct. I. H. BOEHMERVS l. c. tit. eod. §. 5. ibique citt. Auct. Add. Io. BRVNNEMANN. ad cit. L. 5. IAC.



ditate debitoris alieni adquisita aliquid debetur, ut bona defuncti segregentur a bonis heredis propriis ad effectum, ut ipsis solis primo omnium exinde satisfiat. (n) Et hanc separationem communiter per *beneficium separationis* intelligunt, circa quam de iure communi constat, 1) eam non ipso iure obtinere, sed ad instar beneficii Praetoris petendam esse (o), & quidem 2) intra quinquennium, ab adquisita hereditate numerandum. (p). A qua dispositione iuris communis vetus obseruantia in terris Megapolitanis recedit, vi cuius haec separatio 1) *ipso iure* citra necessitatem, eam petendi, & 2) *perpetuo* nulla temporis ratione habita, seu nulla obstante praescriptione, obtinet (q), quae obseruantia per praesentem constitutionem expresse confirmatur. (r) Et haec de tertio capite id.

IAC. FRID. LVDOVICI in der Einheit. zum Concursproceß cap. XI. §. 7. De eius usu in Megapoli differit ERN. IO. FRID. MANZEL sive Resp. Ill. IO. ABRAH. DVVE in diff. de iuribus singularibus in Megapoli circa proceßum conc. credit. (Rostoch. 1738.) §. 15. p. 21.

(n) L. I. pr. 8§. 1. π. de separat. I. H. BOEHMERVS l. c. tit. eod. §. 1. AVG. LEYSERVIS l. c. spec. 480. vol. 7. p. 538. sqq.

(o) Cit. L. I. pr. 8§. 16. π. de separat. WOLFG. AD. LAVTERBACHIVS in Colleg. Theor. Pract. tit. eod. §. 5.

(p) Cit. L. I. §. 13. π. eod. tit. DAV. MEVIVS in Decis. Trib. Wismar. P. 1. Dec. 40. n. 10. IAC. FRID. LVDOVICI l. c. cap. II. §. 5.

(q) PETR. TORNOVIUS l. c. P. 1. cap. 3. sect. 6. §. 9. p. 672. sqq. cit. diff. Beckero-Kütemeyeriana §. 25. p. 32. sqq. ibique alleg. Aut.

(r) Ex moribus Pomeraniae longaeuis hanc separationem pariter ipso iure fieri, sublata etiam quinquennii praescriptione, testis est DAV. MEVIVS l. c. P. 1. Dec. 254. P. 2. Dec. 338. n. 10. P. 5. Dec. 25. n. 2. & Dec. 150.

capite dixisse sufficiant, quum integra de hoc argumento erudita exstet B. IAC. CARMONII, Prof. quondam Rostoch. sive Resp. B. EGGERDESII *diff. de separat. bonor. in creditor.* concursu ad quinquennium non restricta ex *Constit. Megap. d. d.* 29. Ian. 1646. eiusque aequitate. (Rostoch. 1734)

### CAPITIS PRIMI EXPOSITIO SPECIALIS.


Primum caput constitutionis nostrae circa usuras creditoribus debitas versatur, & determinat 1) quonsque & 2) quo loco illae ipsis in sententia designationis adjudicandae sint. Quod ad primum momentum attinet, nota est controversia Doctorum, num usurae per motum concursum fislantur, an eo non obstante currere pergent, donec actualis solutio facta sit. Posteriori mihi iuri communi & aequitati conuenire videtur (s), licet non desint, qui prius defendunt (t), vel distinctione rem confici posse credunt. (v) Quod ad secundum

magis

(s) Ob L. 18. n. qui pot. in pign. AVG. LEYSER. l. c. /spec. 488. med. r. vol. 7. p. 531. sqq. Io. GOTTER. SCHAVMBVRG. princip. prax. iurid. iudic. lib. 2. cap. 8. §. 16. \*\* pag. 236. (Jenae 1756.) Add. Viti Consult. Io. FRID. KOBII commentat. de pecunia mutuaticia tuta colloquanda cap. 8. §. 117. p. 214. (Goetting. 1761. 4.)

(t) Quorum ad sententiam si in concursu sententia locationis acceperit, vni creditori usuras tribuendo tantum usque ad motum concursum, ea etiam reliquis illas haud ultra tribuere intelligitur, vid. Perillustr. Io. STEPH. PÜLITERI. Praeceptoris numquam singulari pietate non deuenerandi, auserlesene Rechtsfälle, P. 4. resp. 165. n. 41. p. 1044.

(v) DAV. MEVIVS l. c. P. 2. Decis. 245.



magis conuenit inter interpretes, de iure communi usuras creditoribus debitas cum sorte in eadem classe & eodem eius loco soluendas esse, (x) licet de iure particulari plurium provinciarum vel locorum contrarium vel simpliciter (y), vel sub certis terminis, v. c. si certorum annorum metas excedant (z), introductum sit. Constitutio nostra in utroque momento ius commune confirmat, & diserte disponit, 1) ut usurae etiam pendente concursu computentur usque ad insequuntam.

(x) *L. 18. x. qui pot. in pign. L. 9. §. 2. x. de pass. I. H. BOEHMERVS l. c. tit. de reb. aust. iud. poss. §. 15. AVG. LEYSER. I. c. spect. 488. med. 2. vol. 7. p. 533. IO. GOTTFR. SCHAVMBVRG. I. c. §. 16.\* ibique citt. DD. IO. FRID. KOBIVS I. c. cap. 8. §. 113. sq. pag. 210. q. id quod & aequitati atque prudentiae legislatoriae, quatenus creditor in mora exigendi non fuerit, conuenire adserit III. IVSTVS CLAPROTHIVS, Praeceptor summopere mihi colendus, in den Grundzügen von Verfertigung der Relationen §. 181. p. 191. (edit. 2. Goetting. 1766.) In omnia alii abit IO. NICOL. HERTIVS in Consil. Et Resp. tom. 2. decis. 22. n. 8. pag. 21. (Francos. ad M. 1730. f.)*

(y) *Sic in Ducatu Calenbergico & Grubenhagensi per expressam constit. d. 13. Febr. 1688. in Corp. Conf. Calenb. cap. 2. p. 623. usurae omnibus sortibus postponuntur, quod & in Ducatu Guelpherytano lege constitutum legitur. Conf. Illustr. & Generosiss. IO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW, Praeceptoris summa obseruantia mihi nominandi, Anfangsgründe des Braunschw. Lün. Privatrechts §. 342. (Goett. 1760.) Idem disponit Ius Stat. Luneb. P. 2. tit. 20. §. vlt. atque in terris etiam Saxoniae Electoralibus obtinuit per Ord. Proc. Elekt. Vet. tit. 50. §. 2. quibusdam solummodo exceptis casibus, quos refert IO. GOTTFR. SCHAVMBVRG I. c. §. 16.\*\*\**

(z) *Ita in Saxonia Electorali propter nouorem dispositionem Ord. Proc. Sax. Elekt. Recogn. tit. 46. §. 3. tantum usurae, quae fines triennii, concursum proxime antecedenter, egrediuntur, post omnes foliutas fortes collocantur. Concordant iura Saxoniae Ducalia, alias rumque terrarum, quarum alias per indicem quasi exhibet IO. FRID. KOBIVS I. c. §. 116. p. 213. sq.*

tam crediti solutionem (a), & 2) ut cum sorte in sententia prioritatis in eodem loco collocentur. (b) Quod quidem ita factum est, vt, etiamsi in sententia prioritatis hoc obseruatum non sit, nihilominus tamen ea hoc modo a iudice etiam ex officio declaranda sit, quid? quod, etiamsi hoc neglectum sit, *ipso iure* per hanc constitutionem ita declaretur. (c) Alia quaestio non acque expedita est, vtrum per hanc constitutionem cursus usurarum etiam ultra alterum tantum permitatur, ultra quod de iure communi cursus earum ex regula non extenditur. (d) Quod licet adfirmsit Ill. BOUCHHOLZIVS (e), ego tamen simpliciter adserere non ausim, quum haec constitutio non expresse de usuris alterum tantum excedentibus, sed tantum indefinite de usuris *debitis* loquatur, quae secundum ius commune de iis intelligendae videntur, quae intra *legitimum modum* de iure exigi possunt. De caete-


(a) Ill. ERN. FRID. BOUCHHOLZII, Consil. aul. positionum inaug. ad Conf. Mechl. d. 29. Ian. 1646. Decano B. ERN. IO. FRID. MANZELIO propofitarum Sess. 1. thes. 2. (Rostoch. 1750)

(b) Cit. diff. Manzelio-Bouchholziana Sess. 1. thes. 1. PETR. TORNONIVS l. c. P. 1. cap. 3. Sess. 6. §. 13. p. 688. sq. cit. diff. Manzelio-Duviana §. 27. p. 37. sq.

(c) Cit. diff. Manzelio-Bouchholziana Sess. 1. th. 3. 4. 5.

(d) L. 10. C. de usur. L. 27. §. 1. C. eod. Nov. 121. cap. 1. 2. Nov. 138 VLRIC. HVERI Praelect. Jur. Civ. P. 3. tit. de usur. §. 27 WOLFG. AD. LAVTERBACH. l. c. tit. eod. §. 26.

(e) In diff. modo alleg. Sess. 1. thes. 2.



ro utrum in ipsis rerum argumentis ex praxi Megapolitana  
vslurae quantitatem sortis exceedere queant, an vero huius  
quantitate circumscribantur, quaestio est, de qua nobis, in  
interpretanda modo constitutionis mente versantibus, iam  
non est disputatio. Praxis quidem adhuc videtur dubia, dum  
in utramque partem pronunciata exstant (f); quamvis haud  
negauerim, adesse multos Ictos in foro versantes, qui ad  
eam procliviiores sunt sententiam, vsluras supra sortis quanti-  
tatem excrescere posse, easque tam diu esse praestandas, quam  
diu duret mutuum, nisi creditor in mora accipendi fuerit;  
qua in re accedunt ad sententiam B. ERNESTI COTTMANNI (g),  
(Consiliar. quondam Ducis Ulrici, Prof. Iur. Rostoch. & ab  
a. 1603. Cancellar. Ducis Ioannis Alberti † 1624.)

S. 7.


#### ARGVMENTVM SPECIALE CAPITIS SECUNDI.

Transeo ad secundum caput constitutionis nostrae, quod  
modum quendam definit, quo creditores priores post senten-  
tiam locationis, subhastatione praediorum forte ob ino-  
piam emtorum impedita, ex praediis vsluras currentes, quae  
ex primo capite ipsis plene debentur, percipere debeant.  
Hunc in finem Serenissimi legislatores constituunt, 1) ut  
creditores

(f) Qualia e. g. exhibet PETR. TORNIVS I. c. P. 1. cap. 3. sect. 6.  
§. 13. p. 689-692.

(g) In Consultat. & Resp. Iuris, Vol. 2. Resp. 52. n. 259. sqq.

credite<sup>r</sup> ad ynum omnes, in primis vero anteriores, quibus ex praedijs debitoris communis satisfieri potest, intra duodecim hebdomades, a die sententiae prioritatis publicatae computandas, sine vila mora aestimationem praediorum debitoris communis eorumque venditionem curarent; 2) vt, si statim emtor illis non reperiatur, illi ex creditoribus anteriores, qui secundum locationis sententiam factamque aestimationem solutionem consequi possunt, haec praedia secundum pretium constitutum, donec emtor, ad quem omni cura quaerendum manerent obligati, occurreret, in solutum acciperent, eaque vel per communem aliquem curatorem vel alio quodam modo conuento administrarent, & redditus eorum pro rata eius, quod singulis debetur, inter se diuiderent, & perciperent; 3) vt creditores illi, qui secundum sententiam prioritatis & factam taxationem nihil ex praediis consequi possunt, pertinentias partesque praedii, quarum possessionem forsitan ante & ante motum concursum per simplicem immisionem vel alio modo adquisuerunt, prioribus, quibus praedium in solutum addictum est, absque tergiuerafatione subpoena emissionis restituant, refusis tamen ab his meliorationibus necessariis secundum moderationem Cancellariae, a qua hic nulla adpellatio admittenda est; 4) vt, si vni vel alteri creditorum, qui integrum praedium secundum taxationem in solutum accipere possunt, communio non placearet, praediumque insigni sine detrimento diuisione admitteret, cui libet eorum iuxta prioritatem electio competit, secundum factam



factam aestimationem partem actualem vel quantam praedii pro eo, quod ipsis debetur, separatim in solutum accipiendi; 5) vt, facta eiusmodi acceptatione in solutum separata, posterioribus contra creditorem priorem perpetuo ius competit, huic sortem debitam cum usuris & meliorationibus permanentibus in pecunia numerata offerendi (b) ad hunc effectum, vt hic partem praedii in solutum acceptam offerentibus cedat, vel pari modo partem illorum, qui erga ipsum iure offerendi vti volunt, sibi adquirat; 6) vt, si creditores, in primis vero anteriores, haec intra terminum praefinitum neglexerint, hoc elapsio nullae ipsis usurae amplius competere & cedere debeant; & denique 7) vt, si quis creditorum interea a sententia prioritatis prouocauerit, & postea sententiam reformatoriā im petrauerit, victus, qui praedium vel partem eius hoc interim spatio in solutum accepit, victori post rem iudicatam ad primam huius instantiam & productionem sententiae reformatoriae intra sex hebdomades omni abiecta cunctatione, vel quod huic debetur, exsoluere, vel partem in solutum acceptam cum fructibus a die publicatae sententiae perceptis sub poena emissionis, praevia restitutione meliorationum, cedere teneatur: qua occasione legislatores in fine huius capituli iuste disponunt,

(b) Notandum videtur, ea, quae hac occasione lex nostra de securitate, durante indulto moratorio ratione fortis praestanda, disponit, respicere tantum tempora latae constitutionis, quem hodie indulatum ilud moratorium generale, olim a Serenissimis patriae Ducibus subditis impertitum, cefiet. Conf. cit. diff. *Manzelio-Bouchholziana* fett. 1. th. 25. (\*) pag. 10.

sponunt, vt iudici superiori sententiam prioritatis, a qua prouocatum est, vnice intuitu appellantium, non vero aliorum, qui appellationis remedio vni non sunt, vel confirmare vel reformare & corrigere liceat.

§. 8.

RATIO ET FINIS HVIVS CONSTITUTIONIS.

Iam ylterius in veram naturam & indolem huius remedium, quod constitutio nostra creditoribus in concursu praescribit, inquisitorum rationem huius constitutionis eruere oportet, quam Icti merito *animam legis* dicunt, & ex qua verus eius sensus certo inuestigatur. Hanc rationem nexus huius capitinis secundi cum antecedente capite primo exhibit, nec obscure ostendit. Reprobant scilicet legislatores in primo capite morem quorumdam sententiam ferentium, creditoribus in concursu usurpas non usque ad inseguuntam crediti solutionem adiudicandi, tamquam iuri communi & consuetudini prouinciali contrarium, adeo ut sententiam secundum hunc morem reprobatum conceptam, quasi contra ius in thesi prolatam, eatenus omni effectu carere, & reuera nullam esse disponant. Enixissimam voluntatem suam declarant, vt omnibus creditoribus plenae usuriae etiam durante concursu usque ad crediti solutionem inseguuntam debeantur, & quatenus secundum praerogatiuam priuilegii & temporis ex massa bonorum debitoris communis fieri potest, vna cum sorte soluantur

uantur & praestentur. Posito autem iure creditorum, usuras debitas & currentes pendente concursu una cum forte in eodem loco exigendi, facile contingere poterat, ut creditores priores, quippe securi de usuris suis etiam futuris, parum solliciti essent de legitime prosequendo & finiendo processu concursus, atque hoc facto incrementum quotidianum summae debitae, ex usuris currentibus interim non solutis proueniens, non posset spem reliquorum creditorum, ex massa bonorum illud, quod ipsis etiam debetur, accipiendi, praesertim in casu defectus emtorum & neglectae administrationis bonorum concursus, non quotidie insigniter minuere. Sed huic incommodo & malo medelam adhibuerunt, praescribendo determinatum modum, quo creditores priores post sententiam prioritatis, si forte emtor in distractione praediorum non statim inueniretur, usuras suas currentes & futuras ex praediis percipere, atque hoc pacto augmentum summae earum quotidianum, in praeiudicium posteriorum creditorum vergens, euitare debeant.

S. 9.

#### ADFECTIONES HVIVS REMEDII GENERALES.

Modus ille, quem legislatores medelae loco introduxerunt, per expressa constitutionis verba in eo consistit, ut creditores priores intra duodecim hebdomades, a die publicatae sententiae prioritatis numerandas, si, tentata distractione praediorum debitoris communis, emtorem inuenire nequeant,

hacc

haec praedia secundum taxationem in solutum accipiendo, vslras crediti sui currentes percipient, donec emitur praediorum, ad quem omni exhibita sollicitudine quaerendum permanent obligati, inueniatur. Vnde statim ab initio duea modi huius praescripti *adfectiones generales* obseruandae veniunt, dum primo tamquam remedium *subsidiarium*, & deinde tamquam *provisionale* seu *interimisticum* tantum determinatus est. Quod ad priorem huius remedii affectionem attinet, ea exinde manifesta est, quod constitutio nostra creditorcs intra terminum praefinitum primo fine vlla mora distractionem praediorum curare, & deinde demum, si nimis intra illum statim emtorem inuenire nequeant, ea secundum taxationem in solutum accipere iubet. Tantum igitur abest, vt legislatores, hoc remedium acceptiois in solutum introducendo, distractio-  
nem praediorum in concursu alias vfitatam restringere, vel circa eam aliquid noui constituere velint, vt potius ante omnia eam creditoribus omnibus ac singulis, & in primis prioribus, inculcent, atque non nisi post eam rite sed frustra tentata ad hoc remedium tamquam subsidiarium aditum conce-  
dant. (k) Quum igitur finis capituli secundi huius decreti communis neutquam ipsam distractionem bonorum vel sub-  
hastrationem praediorum respiciat, sed eius tantum incidenter, scilicet ad determinandum casum remedii nostri subsidiarii, mentionem faciat; facile est ad intelligendum, nihil ma-

(k) Cit. diff. Bechero-Kütemeyeriana cap. 3. §. 30. pag. 46.

gis alienum esse a mente huius legis, quam vel *tempus* vel *formam* subhaftationis in concursu determinare. Quemadmodum haec constitutio neutquam disponit, ut subhaftatio abscisse post sententiam locationis fieri debeat, sed aperte tantum de casu loquitur, quo ea ante hanc sententiam nondum facta est, adeoque iudici non obscure facultatem relinquit, ad eam in summam creditorum utilitatem, uti communiter fieri solet (l), ante hanc sententiam procedendi; ita etiam non ad formam subhaftationis praecise praeuiam taxationem requirit, quam quidam Doctorum de iure communi contra praxin communem exigunt (m), inter quos IODOCVS DAMHOVDERIVS (n) & IO. BRVNNEMANVS (o), a quorum tamen sententia rectius recedit IO. GOTTER. SCHAVMBVRG. (p); sed tum demum de taxatione loquitur, si post sententiam designationis ob penuriam emtorum haud facilis venditio bonorum esse videatur. Posterior huius remedii adflectio, vi cuius nonnisi in vim remedii *provisionalis* & *interimisticae* adhibendum est, cum ex supra euoluta ratione legis nostrae, tum exinde liquidissime apparet, (q) quod creditores post actualem

*habeat* autem ibi post aliquo tempore magis inveniuntur. (r) eius

dal levioribus mendicibus, qui insipientiis inserviantur.

(l) IAC. FRID. LUDOVICI, l. c. cap. 13. §. 1. 2.

(m) Arg. L. 16. C. de rescind. vend.

(n) In Tr. de subhaftationibus cap. 3. n. II. in Tract. Tractatum tom. 6. part. 1. fol. 70. (Venet. 1584.)

(o) Ad cit. L. 16. C. de rescind. vend. n. 3.

(p) In princip. prax. iurid. iudic. lib. 1. sect. 1. membr. 4. cap. 3. §. 23.  
\*, pag. 346. (ed. V, C. IO. AUG. REICHARDTI, LENAE 1769.)

eius usum, seu facta hac acceptance in solutum, nihilominus omni cura emtorem praediorum querere iubantur, quod manifestam contradictionem inuolueret, si haec acceptio in solutum vice plena solutionis & satisfactionis fungi deberet, quam ordinariae dationi in solutum competere certum est (q); & 2) quod creditori, qui hoc remedio usus est, pendente eo sortem cum usuris praeteritis sive residuis offerre possit creditor posterior, quod ius offerendi nec in genere obtinere, nec in specie usuras praeteritas respicere posset, si hoc remedium non tamquam mere prouisionale, sed tamquam remedium principale solutionis & satisfactionis creditorum priorum introductum esset.

§. 10.

OBJECTIO REMOVETVR.

Neque etiam contrarium probant verba huius legis, quae dispositioni, ut creditores posteriores prioribus in solutum accipientibus pertinentias partesque praedii forte possessas subpoena emissionis restituant, subiunguntur: *vnd also dem Liquidations - Process seine Endschafft geben.* Etiamsi enim a posterioribus restitutio partium praedii eiusque pertinentiarum, ab

iis

- (q) *L. 19. §. 1. π. de reb. cred. L. 24. pr. π. de pign. aff. L. 46. §. 1. π. de solut. DAV. MEVIVS l. c. P. 2. Dec. 91. n. 1. & P. 7. Dec. 46. n. 3. SAM. STRYKVS in diff. de beneficio dationis in solutum (Fr. 1666.) cap. 5. n. 15. 16, in eiusd. Differt. Francof. iunctim editis Vol. I. diff. 9. p. 48.*

D



iis hic usque possessarum, siue etiam emissio restitutionem recusantium insequuta fit, eo ipso tamen finis concursus creditorum adesse, dici minime potest; quod quidem ex ipso legis nostrae contextu sufficienter patet. Namque peracta licet restitutione, & facta a prioribus partium praedii restitutarum in solutum acceptance, nihilominus tamen ex voluntate legislatorum distractionem praedii fieri oportet; quid? quod lites eorum, qui a sententia prioritatis, spe fortioris iuris sibi competentis freti, prouocarunt, Serenissimis adhuc perdurare dicuntur, quum in constitutione diserte disposuerint, ut, si euentus postea prouocantium votis responderit, victores in partes praedii, quarum in possessione vieti huc usque fuerunt, immittendi sint. Ex quibus manifesta elicetur conclusio, processum liquidationis, quem Serenissimi, obseruata de restituendis praedii partibus, a creditoribus posterioribus possessis, dispositione, finitum esse dicunt, haud cum processu concursus creditorum coincidere atque unum idemque denotare posse, quum contradictionem alias inuolueret, processum, cuius finis adesse dicitur, re ipsa adhuc perdurantem exhibere. Quid igitur legislatoribus hoc loco per vocem: *Liquidations-Proceß*, intelligatur, quaestio est, quae hic non potest naturali ratione non exoriri, & cuius resolutio ex nexu legis petenda mihi videtur. Evidem si quis modo constitutionem nostram inspexerit, statim illi patebit, legislatores voluisse, ut sententia prioritatis in peragendo negotio accepta-

ceptionationis in solutum simpliciter instar fundamenti & regulae semper habeatur. Quapropter mirum videri nequit, cur aduersus finem possessionis a creditoribus, ex hac sententia prioribus, adprehendendae nullas processus ambages admitti, sed summarium hac in causa procedendi modum obseruari voluerint. Quem in finem ab iis in lege nostra dispositum legitur, vt ne adpellatio quidem, a creditoribus posterioribus in punto moderatarum a iudice meliorationum, quas sibi possessione cedentibus a prioribus restituendas esse credunt, interposita, acceptationem in solutum priorum retardare debeat, sed iudicis potius moderatio, nulla hinc admissa prouocatione, instar legis attendenda, & pertinentiae partesque praedii, a creditoribus posterioribus ad hoc vsque tempus possessae, prioribus absque vlla mora sub poena emissionis restituenda sint. Quin etiam cauetur, vt nec prouocatione posteriorum a sententia prioritatis hanc possessionis apprehensionem ab anterioribus creditoribus peragendam remorari deberet, adeo vt durante hoc prouocationis processu is, cui in hac sententia prior locus, iure licet haud suffragante, obtigit, nihilominus ad acceptationem in solutum, & ea mediante ad perceptionem fructuum in compensationem usurarum sequentium perueniat, quamuis ille ipse postea ex sententia reformatoria, in prouocationis instantia prolata, causa cadat, & locum in sententia prioritatis posteriorem obtineat, ideoque tum possessione partium praedii, quas huc vsque tenuit, re-

D 2

stitutis

situtis simul fructibus a die publicatae sententiae perceptis, cedere, vel etiam victori id, quod illi debetur, exsoluere obligatus sit. (r) Et haec quidem omnia eam ob caussam a legislatoribus cauta leguntur, ut negotium acceptationis in solutum, quam medelae loco Serenissimi adhibendam voluerunt (§. 8.), eo celerius procederet, nec vllum ei obstaret impedimentum. Quodsi hac in connexione finem processus liquidationis, cuius constitutio nostra meminit, attenderis, omni dubitatione carere facile perspicies, istam cum fine totius processus concursus creditorum haud coincidere, sed finem potius eius partis huius processus denotare, quae disceptationem super adprehendenda possessione pertinentiarum partiumque praedii, quae a posterioribus creditoribus adhuc possessae, iam vero a prioribus in solutum accipiendae sunt, continet, & quae post insequitam acceptationem in solutum interimisticam recte finita dicitur. Hanc ob caussam in sententiam Ill. Auctoris diff. *Manzelio-Bouchholziana* transfire non licet, qui *Sect. I. thes. 18.* recte quidem secundum verba legis inquit: *Acceptiōē in solutum debere esse ultimum processus liquidationis actum;* postea vero *Sect. 2. thes. II. not. I. n. 3. pag. 21.* haec verba minus recte ita interpretari mihi videtur: *Acceptiōē in solutum finiendum esse totum processum concursus creditorum.*

§. 11.

(r) Cit. diff. *Manzelio-Bouchholziana* *Sect. I. thes. 28. 29.* & *Sect. II. thes. 19. 20.*

VNDE QVANDO ET QVOVSQVE LOCVM  
HABEAT, DETERMINATVR.

His praemissis & ex sententia decreti nostri communis sat-  
tis probatis, haud difficilis est determinatio, quando & quo usque  
huic remedio acceptationis in solutum secundum aestimatio-  
nem aliquam in processu concursus creditorum locus sit.  
Quum enim non nisi remedii alicuius subsidiarii rationem ha-  
beat, quo creditores priores post sententiam designationis in  
casu deficientium emitorum vsluras currentes ex praediis per-  
cipere debent, ne augmentum summae vsurarum vna cum  
forte olim soluendarum ob omissam administrationis bono-  
rum debitoris curam spem reliquorum creditorum minuat  
(§. 8. 9.); consequens est, 1) vt eidem locus esse nequeat, ni-  
si post motum *concursum generalem*, & publicatam in eo *sen-  
tentiam prioritatis*. Vnde huc plane non pertinet casus, quo  
debitor ante motum concursum cum quibusdam creditoribus  
de praediis pro debito in solutum dandis agit, quem consti-  
tutio nostra neutiquam respicit. Porro inde sequitur, 2) vt  
eidem locus non sit in concursu, si creditores iam ante sen-  
tentiam collocationis distractionem & subhaftationem bono-  
rum impetraverint, quod iis (vi §phi 9.) per hanc legem neu-  
tiquam denegatum, & admodum consultum est, non tantum  
ad faciliorem concursus exitum ab executione decreti distri-  
butionis, prioritatis sententiam mox insequentis, exspectan-

D 3

dum,

dum, sed etiam ad euitandum periculum circa massam bonorum forte contingens & impensis in administrationem eorum faciendas. Ex eadem ratione manifestum est, 3) huic remedio tamquam subsidiario locum non esse, si post sententiam locationis, creditoribus intra terminum praefinitum subhastationem urgentibus, iusti & aequi praediorum emitentes se offerant, quibus pro iusto pretio praedia addici possunt, quoniam tunc ratio cessat, ob quam hoc remedium introductum est; vnde etiam intelligi potest, cur adeo infrequens usus huius remedii felicioribus illis temporibus fuerit, vbi ob multitudinem eorum, quibus emendi animus erat, facillima vendendi conditio erat. Remanet igitur 4) unicus casus in ipsa lege expressus, si nempe post sententiam prioritatis praediadebitoris eorum communis nondum distracta sint, & ob inopiam emitorum confessim distrahi nequeant: qua occasione ὡς ἐν παρόδῳ monendum, constitutionem nostram, quae de bonis debitoris, quae hic creditoribus suis cessit, loquitur, hunc casum ordinarium moti concursus expressisse, non vero unice ad eum dispositionem restrinxisse, quae ob generalem eius rationem quemcunque casum moti concursus, etiamsi nulla cessio bonorum facta sit, respicit. Et denique, quum hoc remedium tantum prouisionale & interimisticum esse debeat (§. 9.); consequitur, 1) ut illud futuram praediorum in solutum acceptorum subhastationem neutiquam impediat, quum creditores potius post factam hanc acceptationem in solutum eam  
omni

omni diligentia promouere iubeantur; 2) vt postea emtore, qui iusto pretio haec praedia emere cupit, inuento, haec acceptio in solutum quoad futurum ita exspiret, ac si facta non esset, & creditores, qui praedia acceperunt, huic emtori ea restituere teneantur, & 3) vt haec acceptio in solutum adfectionem praediorum, vi cuius tamquam bona ad massam concursus pertinentia spectari debent, nullo modo immutet, sed potius per omnia saluam & intactam relinquat.

§. 12.

INDOLES SPECIALIS ACCEPTATIONIS  
IN SOLVTVM.

Postquam hactenus finem & rationem remedii per decre-  
tum nostrum commune introducti, eiusque adfectiones ge-  
nerales considerauimus, iam ad *indolem eius specialem deue-*  
*nendum, atque natura subsidiariae & interimisticae accepta-*  
*tionis in solutum & taxationis, eam praecedentis, vltierius ex-*  
*cutienda est. Et quum indoles taxationis a natura ipsius ac-*  
*ceptationis in solutum pendeat, vtpote quam tamquam fi-*  
*nen suum respicit; ante omnia ex fine & ratione huius reme-*  
*dii vera ipsius acceptationis in solutum indoles inuestiganda*  
*est. Iam supra (§. 8.) euictum est, finem huius remedii vni-*  
*ce in eo consistere, vt ope eius creditores priores poſt sen-*  
*tentiam prioritatis vſuras currentes ex bonis debitoris com-*  
*munis percipient, atque hoc facto augmentum vſurarum sua-*  
rum

rum, ex massa communi vna cum sorte olim soluendarum, in maximum creditorum posteriorum detrimentum vergens, praecaueant. Ergo nihil magis naturale est, quam indolem praescriptae acceptationis vel acceptationis in solutum huic fini respondentem concipere, adeoque per eam intelligere actum, quo creditores priores post sententiam prioritatis naturalem & exclusiuan possessionem praediorum debitoris communis, quae iusto pretio distrahi & subhaftari nequeunt, (non in compensationem ipsius crediti quoad proprietatem, sed vnic) in compensationem usurarum currentium & futurarum quoad redditus vel fructus adprehendunt & retinent, donec ea praedia iusto pretio vendendi occasio inueniatur.

## §. 13.

QVALE IVS COMPLEXVI CREDITORVM IN  
CONCVRSV COMPETAT.

Antequam hanc specialem huius acceptationis in solutum interimisticae & subsidiariae indolem vterius prosequar; a re alienum non erit, paucis praemittere, quale sit ius, quod integro complexui creditorum seu corpori eorum post motum concursum in bonis debitoris de iure communi competit. Hoc ius aliquod in re esse, omnes facile largiuntur, Sed alia quaestio est, quale sit ius in re, num ius in re propria qua tali seu dominium, an ius in re aliena qua tali seu ius pignoris vel hypothecae? Prius adserere non ausim, non tantum non in casu, vbi sine villa praeuia cessione bonorum a debitore

debitore facta concursus a creditoribus excitatus est, quoniam  
tum nec titulus dominii nec modus aliquis illud adquirendi  
adparet, sed etiam nec in casu, qui non raro concursum antecedit, quando debitor flebile beneficium cessionis bonorum elegit. Quamuis enim non ignota sit *cessio in jure*, quae translationem dominii legitimi inuoluit (s), atque iuris etiam aucto-ribus non raro ille *cedere* dicatur, qui dominium in alterum transfert (t); non tamen in hac cessione bonorum id agi videtur, ut dominium eorum in creditores vel vniuersitos vel singulos transferatur (\*), sed sola possessio ad finem distractionis a creditoribus non proprio, sed debitoris nomine facienda.

(v) Cuius sententiae veritas tum expressis iuris textibus, tum Doctorum auctoritate nititur. Debitor enim post factam cessionem ante distractionem bonorum non tantum *bonis suis*

(s) De qua *CICERO in Topic. cap. 5.* ibique *BOETHIVS; CAIVS lib. 2. Instit. tit. 1.* apud *ANTON. SCHVLTING. in vet. iurispr. antieiusin. p. 84. sq. & VLPIANVS in fragment. tit. 19. §. 9. Conf. LVD. AVG. WURFEL in iurispr. cim. definit. §. 643. p. 383. (Fr. ad M. 1708.)*

(t) *L. 42. pr. n. de mort. cauff. donat.*

(\*) Dissentit quidem *DAV. MEVIVS l. c. P. 6. Decis. 241. n. 1.* sed sine ad sensu legum.

(v) Magnif. & Perillustr. *GEO. LVD. BOEHMERI progr. de iure circa conductionem orto aduersus conductorem obaeratum concursu* (*Goetting. 1758.*) §. 6. p. 10. sive *Eiusd. Electa Iuris Civilis* (*Goetting. 1762.*) *exercit. XI. §. 7. pag. 320. & Resp. Illusfr. Ordin. Iurid. Goetting. ibid. pag. 373.*

nondum carere dicitur VLPIANO (x), neque facultas cessionem reuocandi competit (y), sed etiam creditoribus bona cessa possidentibus dominium diserte denegatur (z), cuius rei insigne momentum in praestatione euictionis rerum distractarum occurrit. (a) His textibus accedit interpretum iuris auctoritas, qui cedenti dominium bonorum cessorum, usque dum distractio, vel etiam aestimatione facta, additio eorum insequuta sit, expresse vindicant (b), vel ratione translacionis dominii cessionem bonorum inter ac dationem in solutum insigne versari discriminem contendunt, quod in hac dominium rerum in solutum datarum in creditorem transferatur,

(x) In L. 3. n. de cess. honor.

(y) L. 5. n. eod. tit. L. 2. C. qui bon. ced. poss. WOLFG. AD. LAVTERBACH. l. c. tit. de cess. honor. §. 20. ibique citt. DD. Add. IO. BRVNNEMANN. ad cit. L. 2. n. 2. sq. VLRIC. HUBERVS l. c. P. 3. tit. de cess. honor. n. 3. GEO. AD. STRUVIUS in syntagm. iur. ciu. P. 3. exerc. 44. thes. 31. ibique MÜLLERVIS in addit.

(z) In L. 4. C. qui bon. ced. poss. ad quam vid. IO. BRVNNEMANN, n. 2.

(a) L. II. §. 16. n. de act. emt. vend. L. 10. n. de distract. pign. L. 12. §. 1. n. eod.

(b) PETR. GREGORIVS (*Tholosanus*) in syntagm. iur. vniu. (Frf. ad M. 1591. f.) P. 3. lib. 22. cap. 11. n. 2. pag. 73. D. MARTA (*Neapolitanus*) in digest. nouiss. iur. scientiae, tom. 2. tit. cesso honor. cap. 1. p. 75. (Frf. ad M. 1680. f.) FRANC. SALGADO DE SOMOZA, in labyrinth. creditor. P. 1. cap. 14. n. 29. sqq. WOLFG. AD. LAVTERBACH. l. c. §§. 19. 20. PETR. MÜLLERVIS in addit. ad Struinium l. c. not. a. Magnif. & Perill. GEO. LVD. BOEHMERVS in progr. alleg. §. 4. p. 5. sq. siue in Elect. Iur. Ciui. exerc. XI. §. 4. p. 366. sq.

contra ea vero in bonorum cessione dominium bonorum cesserum in creditores haud transferat. (c) Restat igitur posterius, seu *ius pignoris* vel *hypothecae*, vi cuius creditores mediante distinctione ex bonis debitoris communis secundum ordinem legitimum, quoad eius fieri potest, satisfactionem exigere possunt. Quod quidem *ius pignoris* vel *hypothecae* non tantum illis creditoribus tribuendum, qui iam ante motum concursum eodem gauisi sunt, inde *hypothecarii* dicti, sed etiam his, quibus ante excitatum concursum nonnisi ius ad rem vel in personam competebat, quos *chirographarios* dicunt, quibus per immisionem in bona debitoris obaerati *ius pignoris praetorii* adquiritur (d), quod omnibus *chirographariis* commune est (e), iisque *ius pro rata* tribuit. (f) Vnde liquet, vniuersos creditores post motum concursum iure *pignoris* in bonis debitoris communis gaudere ad finem satisfactionis communis, eosque intuitu huius iuris in communione quadam horum bonorum, salua tamen *praerogativa* legali singu-

E 2 lorumi

- (c) CONR. RITTERSHVSIVS in *Nouellar. Exposit. method.* P. 3. cap. 3. n. 18. p. 151. (Argentor. 1669. 4.) MAITH. STEPHANI in *comment.* in *Nouellas*, ad *Nou.* 135. n. 15. HENR. HAHNIVS in *Obseruat. Theor. Pract. Weseñbec.* in *Digest. tit. de cess. bonor.* n. 6. p. 929. (Fr. & Lips. 1706. f.) WOLFG. AD. LAVTERBACH. l. c. §. 21. SAM. STRYKIVS in *cit. diff. de benef. dat. in solut.* cap. 6. n. 28. Vol. I. *Dissert. Francof.* 9. pag. 66. sq.

(d) *L. 2. C. de praetor. pign.*

(e) *L. 12. pr. x. de reb. aust. iud. possid. L. vlt. C. eod.*

(f) *L. 5. §. 3. x. vt in possess. legat. L. 15. §. 15. x. de damn. infest. L. 6. C. de bon. aust. iud. possid.*

lorum quoad futuram solutionem, versari. Vnde etiam coniunctim *communi nomine* haec bona possident, curatorem bonorum constituunt, eorum administrationem & distractionem curant, eaque omnia coniunctim expedient, quae ad *communem finem satisfactionis communis* requiruntur.

## §. 14.

## QVAM ILLVD PER HOC REMEDIVM MVTATIONEM SVBEAT.

Iam facile est ad intelligendum, qualem hic status ordinarius creditorum atque haec eorum societas per usum remedii nostri interimistici mutationem subeat. Primo scilicet creditores priores, qui antea cum reliquis bona ad massam concursus pertinentia *coniunctim* per constitutum curatorem bonorum ratione modi possidendi *civiliter* tantum seu solo animo possidebant, iam nouam eorum possessionem consequuntur, quae intuitu modi possidendi *naturalis* seu *corporalis* (g), & intuitu reliquorum creditorum, qui ad hanc acceptationem in solutum admitti nequeunt, *exclusiva* dicenda est. Quam quidem possessionem plures creditores priores, quibus acceptantibus praedium sufficit, duplice via secundum decretum nostrum commune adquirere possunt, nimirum vel coniunctim seu pro indiuiso, vel separatim seu pro diuiso.

Posteriorius

(g) L. 40. §. fin. π. de pignor. aſt. L. 25. §. vlt. π. de adquir. vel amitt. posſeff.

Posteriorius eo tantum casu permittitur, quo praedium, a pluribus in solutum accipiendo, sine insigni pretii imminutione naturalem admittit diuisionem, vbi singulorum creditorum, separatis partem praedii in solutum accipientium, separatae manent rationes. Prius ergo in casu opposito fieri debet, quo facto plures creditores praedium coniunctim seu pro indiviso in solutum accipientes nouam quamdam eamque specialem societatem constituant, quae ad usuras currentes & futuras ex praedio coniunctim percipiendas tendit. Deinde creditores priores virtute huius remedii cum exclusiva possessione naturali praedii in solutum accepti ius consequuntur, redditus eius in compensationem usurarum suarum percipiendi, qui redditus antea a nullo creditorum percipiebantur, sed ad communem bonorum massam conferebantur, eamque hoc modo augebant.

## §. 15.

CREDITORES ACCEPTANTES NONNISI NATV-  
RALEM PRAEDIORVM POSSESSIONEM  
ADQVIRVNT.

Quum igitur remedium acceptationis in solutum subsidiarium & prouisionale, per constitutionem nostram introductum, creditoribus prioribus pendente concursu contra regulam iuris communis possessionem praediorum corporalem & exclusiuan ad finem usurarum exinde percipiendarum concedat (§. 14.); ardua occurrit quaestio, a cuius decisione

E 3 vera

vera eaque specialis iudeles huius acceptationis in solutum dependent. Quaeritur nimirum, utrum haec acceptatio in solutum creditoribus acceptantibus eam praediorum tribuat possessionem, quam *ICti ciuilem ratione formae* dicunt, aut eam, quam *naturalem* opposita ratione vocant. Quando scilicet in possessione ad animum possidentis seu ad formam possessionis attendimus; possessio ius in re vel *proprio nomine* seu tamquam sibi proprium suo nomine in re exercet, vel *alieno tantum nomine*, seu tamquam ius in re, quod alii competit, eique proprium est. Hanc possessionem in sensu *stricto naturalem* dicunt ratione formae (*b*), illam hoc respectu in genere *civilem* vocant (*i*), quae iterum vel eiusmodi exercitium *domini* vel iuris in re *aliena qua tali* inuoluit. Priorem in sensu *stricto civilem* dicunt (*k*), quae inde etiam *nat' ἔξοχη*, siue per eminentiam *possessio* vocatur (*l*), & creditoribus, quibus alias *possessio* pignoris tribuitur (*m*), ratione pignoris de-negatur (*n*), unde posteriorem in sensu *latiori naturalem* vo-cant.

(*b*) *L. 7. §. 11. π. comm. divid.* *L. 38. §. 7. π. de verb. oblig. de qua loquitur I. H. BOEHMERVS l. c. tit. de adquir. vel amitt. possess. §. 2.*

(*i*) *L. 3. §. fin. π. ad exhib.* *L. 7. §. 1. π. eod.* *L. 2. §. 1. π. pro hered.*

(*k*) *L. 13. §. 1. π. de public. in rem ast.* *L. 22. §. 1. π. de noxal. ast.*  
*L. 10. C. de adquir. & retin. possess.*

(*l*) *L. 10. §. 1. π. de adquir. vel amitt. possess.*

(*m*) *L. 37. π. de pign. ast.* *L. 40. pr. π. eod.*

(*n*) In *L. 15. §. 2. π. qui satisd. cog.*

cant. (o) Quod si igitur animum ad eam creditorum possessionem praediorum aduertamus, quam mediante hac acceptatione in solutum consequuntur; quilibet facile largietur, eam ratione formae *civilem in genere* dici posse, quum creditores acceptantes ius aliquod reale proprio nomine seu tamquam ipsis proprium in praediis in solutum acceptis exercere, omni dubio careat. Sed non aequa expeditum videtur, num haec eorum possessio sit *civilis stricte sic dicta*, qua mediante illi eatenus actuale horum praediorum dominium consequuntur, an tantum *civilis late sic dicta*, quam etiam in sensu latiori *naturalem* dicunt, vi cuius neutiquam iure dominii, sed vnicce *iure pignoris* eadem detinent. Sunt, quibus prius arredit, quemadmodum etiam non desunt, quibus posterius probatur, quorum in castra transire sequentes suadent rationes grauissimae.

§. 16.

**QVOD PROBATVR EX RATIONE ET FINE HVIVS  
ACCEPTATIONIS.**

Prima ratio, vnde intelligi potest, subsidiariam eamque interimisticam acceptationem in solutum creditoribus acceptantibus non *civilem* praediorum possessionem cum dominio coniunctam, sed tantum *naturalem* tribuere, qualis credito-  
ribus

(o) Conf. WOLFG. AD. LAVTERBACH. I. c. tit. de adquir. vel. amitt.  
possess. §. 8.



ribus pignoris possessoribus de iure communi competere solet, ex ratione & fine constitutionis nostrae adparet. Secundum hanc rationem & finem acceptationis ea vnicē introducta est, vt creditores priores, si post sententiam locationis in distractione praediorum emtor non statim inueniretur, hoc facto vsuras suas currentes & futuras ex praediis percipere, atque hac via augmentum summae vsurarum quotidianum in detrimentum posteriorum creditorum vergens euitare possint. (§.8.) Hinc manifestum est, hanc acceptationem in solutum ex vera mente & sententia legis neutiquam summam, creditoribus iam actu debitam, vel sortem eiusque legitimam compensationem, sed vnicē vsuras currentes & futuras earumque compensationem ex fructibus praediorum percipiendam in reliquorum creditorum utilitatem respicere. Iam vero si acceptatio in solutum haud in compensationem sortis, sed tantum vsurarum sequentium ex fructibus praediorum percipendarum fieri debeat; sane contingere nequit, vt creditores dominium praediorum eorumque possessionem ciuilem adquirant, quum alias hoc ipsis pro solis vsuriſ futuris tribueretur, quod nemo facile dixerit. Ergo etiam adlerendum est, hanc acceptationem in solutum creditoribus non dominium vel ciuilem praediorum possessionem, sed tantum naturalem tribuere, quam creditoribus pignoris possessoribus competere notum est. Vnde re penitus perspecta, praedia virtute remediī nostri a creditoribus prioribus non quoad substantiam

in

in compensationem integri debiti, sed vnicē quoad *fructus*  
vel *reditus* in compensationem usurarum sequentium debiti  
in solutum accipiuntur.

§. 17.

### OBIECTIO REMOVETVR.

Hinc facile dubitatio remoueri potest, quam incauto forte vocabulum *acceptationis in solutum* iniicere posset, quippe quod communiter adquisitionem dominii connotare solet. Quando nimirum debitor, qui creditori suo pecuniam debet, satis obligationi suae facere conatur, quod *in genero solutionem* dicunt (*p*); creditori vel hanc pecuniam ipsam praefstat, vel loco eius aequipollens aliquod. Prius factum *solutionem in specie* (*q*), posterius *dationem iu solutum* dicunt (*r*), cui tum ex parte creditoris *acceptatio in solutum* respondet (*s*), quae, sicut *datio in solutum translationem dominii*

(*p*) *L. 54. n. de solut. L. 176. pr. n. de V. S.*

(*q*) *L. 49. n. de solut. L. 176. in f. n. de V. S.* Huc pertinet *solutio-*  
*nis definitio*, quam tradit *Io. GOTTL. HEINECCIVS in elem. iur.*  
*civ. sec. ord. Pand. tit. de solut. & liberat. §. 53. Conf. VLRTIC.*  
*HYBERVS I. c. P. I. tit. quib. mod. toll. oblig. n. 1. 2. ARNOLD.*  
*VINNIUS ad pr. Instit. tit. eod. voc. tollitur omnis obligatio.*

(*r*) *L. 40. §. fin. n. de minor. L. 5. n. ad SC. Velleian.*

(*s*) *L. 15. n. quib. ex causs. in possess. eat.*



inuoluit (*t*), ita eius adquisitionem inuoluere censetur; unde etiam **V L P L A N V S** (*v*) in solutum accipientem emtori *similem* dicit, pari ratione ac **Imp. A N T O N I N O** datio in solutum *vicem venditionis* obtainere dicitur. (*x*) Quum igitur in lege nostra creditores priores post sententiam prioritatis praedia, quae commode distrahi nequeunt, in solutum accipere iubcantur; non sine specie veritatis inde inferri posse videatur, verum & actuale dominium eorum ipsis per hanc acceptationem in solutum adquiri, quemadmodum etiam de iure communii haud infrequens est, vt creditores ob inopiam debitoris & defectum emtorum rerum eius has pro ipso debito in eius compensationem iure dominii in solutum accipient. Verum enim vero quamuis haec conclusio verissima esset sub hypothesi, quam praxis iuris communis seruat, acceptationem scilicet in solutum pro *ipso debito* in eius veram fieri compensationem, quippe quo casu praedia quoad substantiam seu proprietatem iure *dominii* veri pro creditis suis in solutum accipiunt; omni tamen plane fundamento destituitur sub hypothesi contraria, quam mens & sententia constitutionis nostrae innuit, si scilicet vnico pro percipiendis *vsuris futuris* praedia

(*t*) *L. 4. in f. C. qui bon. eed. poss.* SAM. STRYCKIVS in diff. alleg.  
Vol. I. Diff. Francof. 9. cap. 5. n. 37. pag. 57.

(*v*) In cit. *L. 15. x. quib. ex cauſſ. in poss. eat.*

(*x*) In *L. 4. C. de euist. Conf. Avg. LEYSER. l. c. spec. 531. med. 3.*  
IO. HENR. BERGER. in *Oecon. ſur. lib. 3. tit. 15. §. 2. not. 16. p. 693.*  
(edit. Bachii, Lips. 1755.)

dia quoad *fructus* in solutum accipere teneantur. Quemadmodum enim priori casu creditores ob debitum principale extinctum non possunt dominium rei aequipollentis non adquirere; ita posteriori casu, vbi debitum principale saluum manet, hoc nullo iure fieri potest. Acceptatio nostra in solutum praedia non quoad ipsam substantiam spectat, sed quoad *fructus*, quorum dominium creditores in compensationem usurarum sequentium consequuntur, & quorum intuitu vera & propria acceptatio in solutum dici meretur.

HAECACTUS  
ACCEPTATIO ANTICHRESI SIMILIS EST.

Hanc huius acceptationis in solutum indolem consideranti non poterit summa eius similitudo cum notissimo quodam iure creditorum, quod *avrighōnōe* nomine venit, non obuersari. Si quis enim mihi pecuniam credat, atque hoc facto eius usum concedat; fieri potest, ut in compensationem usurarum seu pro usu pecuniae acceptae ipsi usum rei meae non fungibilis, ut plurimum immobilis, seu praedii condam, siue hoc rusticum sit, siue urbanum (y), qui usus alias ad creditorem, etiam si rem pignori datam possideat, non spectat. (z) Hoc ius creditori concessum *avrighōnōe*, quasi

F. 2

(y) L. 14. C. de usuris. L. 17. C. eod.

(z) L. 22. §. 2. n. de pign. aff. L. 54. pr. n. de furtis. §. 6. Inst. de oblig. quae ex delict. I. H. BOEHMERVS. l. c. tit. de pign. aff. §. 7.

*vus contrarius, reciprocus, seu mutuus, vocatur (a),*  
*vnde hunc creditorem antichresticum dicunt; qua denomin-*  
*natione etiam pactum insignitur, quo mediante hoc ius cre-*  
*ditori constituitur. Hoc pactum ordinarie ad contractum*  
*pignoris accedere solet, quo debitor creditor ius in re con-*  
*stituit in crediti securitatem (b), quamvis hoc pactum etiam*  
*sine oppignoratione rei ad usum datae iniri, & rem plane non*  
*obligatam respicere posse, Iti accuratiores obseruent. (c)*  
*Si ad contractum pignoris hoc pactum accesserit; ei vel ex-*  
*presso vel tacite adiectum est. Priorem antichresin expressam,*  
*posteriorem tacitam dicunt. (d) Illa expressam locationem*

REI CONTRACTUS PIGNORIS ETIAM

(a) *L. 11. §. 1. n. de pign. L. 33. n. de pign. act. quas explicat GERARD. NOODT, in Observat. lib. 2. cap. 9. Tom. 1. Oper. p. 285. sq.*  
*(Coloni. Agripp. 1732. f.) qui simul emendationem suscipit in cit. L. 11.*  
*§. 1. dum pro in factum actione vult esse legendum: hac actione,*  
*& subintelligendum: hypothecaria; quamvis in omnibus exemplari-*  
*bis, etiam Florentiae, haud ita legi, ipse fateatur. Conf. etiam*  
*PETR. MÜLLERVS ad Struivm l. c. P. 1. exerc. 19. thes. 52. not. 8.*

(b) *Quem casum tantummodo respiciunt ii, qui illud definient tamquam*  
*pactum, quo conuenit, ut creditor re pignorata loco usurarum*  
*fruatur; quemad definitionem exhibet VLRICVS HVBERVS. l. c.*  
*P. 3. tit. de pign. & hypothec. §. 14.*

(c) *DAV. MEYVVS in discuss. lenam. inop. debitor. cap. 4. n. 27. & in De-*  
*cis. Trib. Vismar. P. 6. Dec. 266. n. 1. SAM. STRYKIVS in Cautel.*  
*Contratt. sed. 2. cap. 4. §. 21.*

(d) *L. 8. n. in quib. canff. pign. vel hypoth. tac. contrah. ad quam vid.*  
*GERARD. NOODT. in Tr. de foenore & usuris lib. 2. cap. 9. tom. 1.*  
*Oper. p. 193. Nonissime hanc legem de fructibus ret oppignorata*  
*a creditore retinendis in vicem usurarum morae, a debitore in re-*  
*fituenda sorte, ibi absque usurarum stipulatione credita, commis-*  
*fiae*

rei ad usum pro usuris concessae, non quidem principalem, verum tamen accessoriā complectitur, & vi eius creditori plenissimum ius de usu & fructibus rei disponendi, hosque suos faciēti de iure Romano tribuit, non attento fructuum excessu, siue hi incerti sint, siue certi (e), si modo non sit usurariae prauitatis inuolucrum. Quemadmodum igitur in antichresi expressa creditor antichresticus non pro ipso debito praedium ipsum in solutum accipit, sed solum eius *fructus* & *reditus* in compensationem usurarum; ita plane idem in acceptatione nostra in solutum obtinet. Et sicuti in antichresi expressa nemo facile creditor dominium & ciuilem praedii possessionem tribuet; ita simili ratione res in acceptatione nostra se habere videtur.

#### SECUNDVM ARGVMENTVM EX INDOLE HVIVS ACCEPTATIONIS DESVMTVM.

Quem hactenus extractione & fine acceptationis nostrae in solutum deduximus effectum, illū etiam haec eius affectio generalis, vi cuius eadem nonni remediū prouisionalis esse explicare suscepit CHRIST. FRIED. TÜNNE VON LÜTTICHAU in den vermischten iuristisch-mathematicischen Abhandlungen (Altona 1769.) pag. 25. sqq.

(e) Cit. L. 14. § 17. C. de usuris. SAM. STRYKIVS in Tr. de action. foren. investig. I. membr. 5. §. 34. I. H. BOEHMERVS. I. C. tit. de pign. art. §. 9. Add. si lubet, CHR. FRIED. TÜNNE VON LÜTTICHAU. I. c. pag. 31. sqq.

& interimis i rationem habet (§. 9.) ; extra omnem ponere controuersiam videtur. Quodsi haec acceptatio in solutum, tamquam in compensationem ipsius crediti & sortis facta, praedia quoad ipsam substantiam respiceret, eorumque ciuilis creditoribus tribueret possessionem; consequeretur, ut ipsa tamquam species verac solutionis, scilicet per acqipollens factae, effectum haberet perpetuum, in creditores dominium irreuocabile transferret, & praedia ex massa bonorum in concursu plene eximeret, adeoque remedii alicuius principalis & finalis rationem haberet. (§. 17.) Sed haec omnia in praesenti remedio secus se habere, ex sententia decreti nostri communis liquidissime adparet. Tantum abest, ut haec acceptatio in solutum virtute huius constitutionis effectum perpetuum habere, & creditores acceptantes iure, praedia secundum determinatam aestimationem tamquam ipsis propria retinendi, munire queat, ut potius creditores omnes ac singuli in lege nostra expresse iubeantur, post hanc acceptationem omni adhibita cura conditionem distractionis & aequum querere praediorum entorem. (f) Vnde hoc remedio non obstante praedia in solutum accepta ad massam bonorum in concursu, ex quorum venditionis pretio demum solutio exspectanda est, pertinere consentur, & creditoribus in illud non aliud ius in re tribuitur, quam quod

ad

(f) Idem virget Auctor diff. Beckero- Kütemeyerianae, Cap. 3. §. 38.  
pag. 57.

ad eorum futuram tendit distractionem. Sed hoc ius pignoris esse, & nonnisi naturalem possessionem tribuere, in aprico est. Quare etiam concedendum est, ab indole huius remedii plane alienum esse, vt creditores per eius usum domini praediorum acceptorum constituantur.

§. 20.

**TERTIVM ARGVMENTVM, QVOD ACCEPTANTES ADHVC CREDITORVM IVRE CENSENTVR.**

Excipit hoc argumentum aliud non minoris me iudice roboris inde petitum, quod creditores priores acceptantes post factam acceptationem in solutum nihilominus in decreto nostro communi per omnia verorum *creditorum iure* censemt. Quodsi per hanc acceptationem in solutum verum praediorum dominium in acceptantes pro ipso credito transiret; hi eatenus non magis veri creditores manere possent, ac illi, quibus quod ipsis debetur, solutum est, quum eiusmodi acceptatio in solutum vi solutionis fungatur (§. 17.), qua facta creditores tales esse desinunt. Sed longe alia eorum est in constitutione nostra facies. Non enim tantum nomen creditorum, vt antea, etiam post factam acceptationem in solutum retinent, sed omnia etiam ipsis iura tribuuntur & confirmantur, quae tantum veris creditoribus, quibus ius suum adhuc saluum est, competere possunt. Sic legislatores nostri *ius prioritatis* eorum diserte confirmant, sic ius in creditum,

quod

quod *sortis* nomine venit, ipsis aperte adhuc tribuunt, sic *vsuras* illis deberi pronunciare non dubitant, quae omnia absona essent, si pro ipso debito dominium praediorum essent consequuti. Quin etiam, quod maximum est, *iuri offerendi* adhuc contra acceptantem locum esse disponunt, quod contradictione non vacaret, si per dominium acceptanti adquisitum, ius pignoris reliquorum esset sublatum. Constat enim, *ius offerendi* esse ius creditoris posterioris hypothecarii qualis, vi cuius ille, oblata priori creditori hypothecario sorte debita cum *vsuris*, in eius etiam inuiti locum ratione debiti oblati & soluti succedit. (g) Quod ius ideo necessario requirit, 1) vt is, qui eo vti vult, actu iure pignoris vel hypothecae in re determinata gaudeat, ad quod confirmandum hoc ius ipsi concessum est (h), vnde, iure pignoris per legitimam distractionem & dominii translationem exstincto, & hoc ius merito tollitur (i); 2) vt is, contra quem exercendum est, rem iure pignoris prioris adhuc possideat, siue hic ipse creditor prior sit, etiamsi ipsi debitor postea pignus vendiderit vel in solutum dederit, quod nihilominus apud ipsum ob ius posterioris, huic auferri nescium, intuitu huius in eadem

caussa

(g) L. 9. §. 3. n. qui pot. in pign. L. 12. §. 6. n. eod. L. 1. C. eod.

(h) Citi L. 1. C. qui pot. in pign. L. 22. C. de pign. & hypoth.

(i) L. 3. C. de distract. pign. L. 18. C. eod. IAC. ANDR. CRVSIVS.  
in Tr. de iure offerendi (Bremæ 1661. 4.) cap. 15. n. 8. 9.  
pag. 145. Jq.

causa manere censemur (*k*), siue etiam tertius possessor, qui priori creditori, hypothecaria actione agenti, litis aestimationem praestitit (*l*), quoniam hic hoc facto ius prioris adquisuisse videtur. Quodsi igitur creditores, ex decreto nostro communi praedium in solutum accipientes, verum eius dominium & ciuilem possessionem adquirerent; termini habiles iuris offerendi in totum & utrumque essent sublati, non tantum in posterioribus ob ius pignoris eorum per dominium acceptantium sublatum, sed etiam in prioribus, quippe praedium iure legitimi dominii, non iure pignoris, possidentibus, quod tamen expressis constitutionis nostrae verbis repugnat.

### §. 21.

#### CONTINVATIO.

Huc accedit legislatorum in concedendo creditoribus posterioribus contra priores offerendi iure addita dispositio, qua posteriores praeter solutionem sortis & usurarum praeterritarum siue residuarum nil nisi impensas in praedium factas permanentes prioribus restituere iubentur. Ex quo recte etiam inferri posse videtur conclusio, acceptantibus per acceptationem in solutum praediorum dominium atque ciuilem eorum

(*k*) *L. 1. C. si antiqu. credit. pign. vend. L. 20. n. de solut. IAC. ANDR. CRVSIVS l. c. cap. 6. n. 2. pag. 41. lo. BRVNNEMANN. ad cit. L. 1. C. si antiqu. credit. n. 4. fqq.*

(*l*) *L. 12. §. 1. n. qui pot. in pign.*

eorum possessionem haud posse esse adquisitum, si modo ad notionem dominii eiusque naturam attenderis. Quum enim *dominium* ius proprium de rei substantia disponendi inuoluat, *disponere* vero denotet, quidquid fieri velis, pro arbitrio tuo efficienter statuere (m); manifestum est, cuicunque dominium competit, ei quoque competere arbitrium, de vsu rei suae statuendi, quomodocunque voluerit, ideoque non impensas tantum permanentes sive perpetuas, sed temporarias etiam, sive ad rei conseruationem, sive etiam ad utilitatem sive ad solam spectent voluptatem, in rem faciendi. (n) Quodsi igitur adeo ponas, quod tamen posito iure offerendi iam concidit (§. 20.), dominium atque ciuilem possessionem praediorum acceptantibus per acceptationem eorum in solutum esse adquisitum; certo consequeretur, vt, etiamsi priores praedium offerentibus cedere tenerentur, sibi tamen non solum impensas permanentes in illud factas, sed etiam temporarias, sive ad maiorem ex praedio percipiendam utilitatem spectauerint, sive ad solam voluptatem, recte exigent. Quod tamen quum ex constitutione nostra, qua tantummodo impensarum permanentium restitutio posterioribus iniungitur, secus esse, nemo non videat; certe fundamento destitu-

ta

(m) Illustr. OTTON. DAV. HENR. BECMANNI, Praeceptoris atque fautoris pereximie colendi, diss. inaug. de feudo emto sub pacto de retrouendo (Halae 1747. recus. ibid. 1768.) §. 17. 18. pag. 22. sq.

(n) Arg. L. 21. C. mandati,

ta esse videtur eorum sententia, qui acceptantibus dominium  
atque ciuilem praediorum possessionem tribuere conantur.


§. 22.

QVARTVM ARGUMENTVM AB VSURIS PRAE-  
TERITIS DESVMTVM.

Veritas huius sententiae etiam vterius per eam consti-  
tutionis nostrae dispositionem confirmatur, quae vsuras cre-  
ditorum priorum in solutum accipientium praeteritas, nec  
dum solutas, sed adhuc debitas, concernit. Quodsi enim ex  
mente & sententia legis nostrae creditores priores per hanc  
acceptationem loco verae solutionis & satisfactionis pro eo,  
quod ipsis debetur, verum & actuale praediorum dominium  
adquirerent; consequeretur, vt haec acceptatio pro solidi  
eius, quod ipsis debetur, adeoque non tantum pro forte de-  
bita, sed etiam pro vsuris praeteritis debitibus fieri deberet,  
quod eo magis adserendum foret, quo euidentior est dispo-  
sitio capitii primi legis nostrae, virtute cuius vsurac credito-  
rum in concursu cum forte pari passu ambulare, & vna cum  
forte in eodem loco adiudicandae iubentur. (§. 6.) Vnde  
prono sequeretur alueo, vt creditores priores mediante hoc  
remedio fructus praediorum in solutum acceptorum non tan-  
tum pro vsuris fortis, sed etiam pro vsuris vsurarum adhuc  
debitarum & per hanc acceptationem vna cum forte soluta-  
rum perciperent. Verum enim vero nihil magis alienum es-

G 2

se



se a sententia legis nostrae, argumentum eius apertissime ostendit. Primo enim legislatores nostri initio capituli secundi huius constitutionis expressis verbis declarant, finem huius remedii vnicē usurās futuras creditorum priorum respicere, atque in eo consistere, ut creditores priores, per introductam hanc acceptationem prouisionalem eas pendente concursu ex fructibus praediorum percipiendo, quotidianum incrementum summae ipsis debitac, in posteriorum detrimentum vergens, evitarent (§. 8.). Tantum igitur abest, ut ope huius remedii creditoribus in solutum accipientibus usurās usurarum adhuc debitaram ex fructibus praediorum percipiendae concedantur, ut manifestae intentioni legislatorum, scilicet hoc modo utilitati creditorum posteriorum consulendi, hoc potius aperte repugnet, quum ad praecauendum damnum, ex augmentatione usurarum creditorum priorum posterioribus proueniens, hoc remedium tamquam medelam adhibendum voluerint, quod tamen posito iure acceptantium, usurās usurarum residuarum percipiendi, non tantum medelam non adserret, sed adhuc potius in maius posteriorum detrimentum vergeret. Deinde legislatores, exercitium iuris offerendi determinantes, expresse faniunt, ut creditor offerens priori etiam usurās suas cum impensis permanentibus parata pecunia offerat. Quod nonnisi de usuris ante acceptationem debitum intelligi posse, nemo infitias ibit, qui usurās, a momento acceptationis currentes, ope eius perceptas esse perpendit. Quum itaque vigore huius dispositionis usurāe praeteritae creditorum

ac-

acceptantium post factam acceptationem in solutum adhuc debitae censeantur; nemo profecto adferere poterit, acceptationem creditorum pro usuris eorum praeteritis fieri, quod tamen posita sententia contraria omnino esset statuendum.

§. 23.

### TRANSITVS AD TAXATIONEM PRAEDIORVM.

Quodsi igitur eam acceptationis nostrae in solutum ideam animo concipiamus, quae eius rationi & fini, quae indoli eius generali & reliquis eius affectionibus, in decreto nostro communi expressis, conuenit, haud diffici negatio intelligitur, eam quam maxime ab ea acceptatione in solutum, quae de iure communi pro ipso debito in eius compensationem facta, verum dominium & ciuilem possessionem tribuit (§. 17.), differre. Manifestum est ex argumentis expositis, eam vnicce interimistice pro percipiendis usuris futuris prædia quoad fructus & redditus respicere, adeoque in creditores priores naturalem tantum eorum possessionem & tale ius transferre, quod iuri creditorum, quos antichresticos dicunt, non dissimile esse videtur (§. 18.). Qua quidem indole huius acceptationis in solutum præmissa, iam ad explicationem naturae & indolis *taxationis* illius progrediendum est, secundum quam nostrum decretum commune credidores priores post sententiam prioritatis, deficiente commoda conditione prædia distrahendi, ea in solutum accipere iubet. Et quum haec

G 3 taxatio



taxatio praediorum, testantibus verbis legis nostrae disertis, prouisionalem & interimisticam acceptationem eorum in solutum tamquam finem suum respiciat; a vero profecto aberare nequit, in explicanda eius natura hoc sine tamquam censura indubia vslurus, qua via omnes controversiae circa indolem eius enatae facili negotio & solida ratione decidi & componi posse videntur.

## §. 24.

NATVRA ET INDOLES HVIVS TAXATIONIS  
PRAEDIORVM.

Quum *taxatio* in genere in iure actum denotet, quo valor rei, quem etiam quantitatem rei moralem dicunt (*o*), determinatur (*p*), quam alio quoque nomine *aestimationem* vocant (*q*); pro diuersitate eius, de cuius valore in re aliqua determinando agitur, ipsa *taxatio* non potest non esse diuersa. Sicuti in quacunque re *substantiam* eius, quam *VLPIANVS* (*r*) *cuorav* vocat, ab iis distinguimus, quae per substantiam

(*o*) SAM. PVENDORFIVS in *Jur. Nat. Et Gent.* lib. 5. cap. 1. §. 2.

(*p*) *L. 18. π. de dolo malo. L. 68. π. de R. V. L. 3. §. 2. π. ad exhibend. CHRISTOPH. HERM. DE SCHWEDER gründliche Nachricht von gericht- und außergerichtlicher Anschlagung der Güter nach dem iährlichen Abnutz.* (Stettin und Leipzig 1751. 8.) Cap. 1. §. 2. p. 1./q.

(*q*) *L. 26. §. 1. iunct. L. 39. §. 1. π. de oper. libert.*

(*r*) In *L. 9. §. 2. π. de contrah. emt. vendit.*

tiam rei possibilia sunt, quae *confectaria* eius vocantur, quorum pertinent *fructus* rei & *reditus*; ita etiam duplēm determinationem valoris rei seu taxationem animo concipere possumus, alteram, quae rem quoad ipsam *substantiam*, alteram, quae rem tantum quoad *reditus* vel *fructus* respicit. Illa *taxatio substantiae* dicitur (s), seu *taxatio rei* quoad *substantiam*; haec *taxatio fructuum* vel *redituum* (t), seu *taxatio quoad fructus vel reditus*. (v) Si igitur praedia debitoris obaerati a creditoribus eius secundum taxationem aliquam in solutum accipienda dicantur; haec *taxatio pro diuersa* ipsius acceptationis in solutum indole, quam vnicē respicit, necessario debet esse diuersa. Praedia enim vel quoad ipsam *substantiam* pro ipso debito seu in eius compensationem in solutum accipienda sunt, vel vnicē quoad *reditus* & *fructus* pro usuris currentibus & futuris seu in earum compensationem. Si prius, manifestum est, taxationem, secundum quam ea acceptatio in solutum fieri debet, taxationem *substantiae* seu *praediorum* quoad *substantiam* esse debere, cuius in emtione venditione ratio haberi solet. Sin posterius, non minus evidens.

(s) *L. fin. C. de magistrat. conuenient.*

(t) *L. 5. C. si quis alt. vel sibi sub alt. nom. vel alien. pecun. emerit.*

(v) Plures taxationis diuisiones suppeditauit Vir Generos. AVGUSTINVS DE BALTHASAR in diff. de beneficio taxae, agnatis aliisque fendi successoribus in Ducatu Pomeraniae atque principatu Rugiae competente. (*Gryphisw.* 1738.) §. 6. p. 8. sqq. quam adeat, cui vole.

euidens est, taxationem, quae eiusmodi acceptationem in solutum concernit, nonnisi taxationem fructuum seu praediorum quoad fructus vel redditus esse posse, qualis in locazione conductione vnu venire solet. Vnde facile est ad intelligendum, qualis ea taxatio censeri debeat, secundum quam constitutio nostra creditores post sententiam prioritatis praedia in subsidium & prouisionaliter in solutum accipere iubet. Nimirum quum haec acceptatio in solutum praedia tantum quoad fructus vel redditus in compensationem futurarum usurarum spectet (§. 15. sqq.); taxatio, secundum quam haec acceptatio in solutum virtute huius legis fieri debet, nonnisi de *interimistica taxatione fructuum vel reddituum intelligenda est.*

## §. 25.

QVARE HAEC TAXATIO FRVCTVVVM, NON  
SVBSTANTIAE, ESSE DEBEAT.

Veritatem huius adserti argumentum & sententia decreti nostri communis per omnia adeo aperte innuere videtur, vt aequus rerum arbiter, debita eius ratione habita, haud facile assensum eidem denegare queat. Quodsi enim primo ad naturam & indolem acceptationis in solutum, quam secundum verba constitutionis nostrae hacc taxatio instruere & preparare debet, animum aduertamus; ea, hanc taxationem non substantiae, sed tantum fructuum & reddituum esse debere, euidentissime docet. Creditores per hanc acceptationem in solutum

lutum praedia non quoad substantiam in compensationem ipsius debiti iure dominii adquirunt (§. 17.), sed tantum ea quoad fructus & redditus pro vsuris futuris in earum compensationem in solutum accipiunt (§. 15. sq.), iure creditorum antichresticorum reuera censendi (§. 18.). Quum vero, quod omnes largiuntur, ius antichresecos locationem conductionem inuoluat; prono sequitur alueo, vt taxatio, in finem huius acceptationis facienda, alia esse nequeat, nisi ea, quae antichresi adeoque locationi conductioni praediorum conuenit. Iam vero nemo profecto adlerere ausit, taxationem praediorum, in finem antichresecos & locationis conductionis faciendam, taxationem praediorum quoad substantiam esse, quum res locatae non quoad proprietatem (x), sed tantum quoad fructus conductori concedantur. Vnde nihil magis naturale est, quam idem etiam in casu proposito negare, vbi creditores praedia non quoad substantiam & proprietatem, sed tantum quoad redditus & fructus in solutum accipiunt. Omnis taxatio, in finem alicuius acceptationis in solutum facienda, naturali ratione nonnisi valorem eius rei determinare debet, quae in compensationem rei debitae in acceptantem transferenda est. Quae quum in casu nostro vnice in fructibus & redditibus praediorum, quae creditores tantum naturaliter

jure

(x) L. 39. π. locati conducti. L. 80. §. 3. π. de contrah. emt. vend. Geo. AD. STRVVIS in syntagm. iur. civil. P. 1. exerc 24. th. 18. ibidemque MÜLLERVS.

jure pignoris tamquam res alienas possident, consistat; sequitur, vt etiam nonnisi hi fructus & redditus praediorum, neutquam vero ipsa eorum substantia, quippe intuitu creditorum acceptantium aliena, pro vero huius taxationis obiecto habendi sint.

## §. 26.

QVOD VLTERIVS EX FINE ET RATIONE LEGIS PROBAT VR.

Quemadmodum igitur ex natura & indole acceptationis nostrae in solutum sufficienter adparet, taxationem praediorum quoad substantiam eidem non minus, quam locationi conductioni repugnare, adeoque taxationem, secundum quam virtute decreti nostri communis acceptatio in solutum fieri debet, vnicce fructuum & reddituum esse oportere; ita haec taxationis nostrae indoles etiam directe ex fine & ratione legis nostrae perspici & cognosci potest. Legislatores nostri in primo huius constitutionis capite expresse constituerunt, vt in concursu creditoribus plenae usuriae, etiam pendente concursu currentes, usque ad insequutam crediti solutionem una cum sorte principali adiudicentur. (§. 6.) Et veriti initio capitii secundi, ne quotidianum incrementum summae prioribus debitae, ex usuris futuris currentibus proueniens, spem creditorum posteriorum, ex massa bonorum, quod ipsis debetur, accipiendi, minueret, iidem medium praescribunt, quo adhibito citra ullum creditorum posteriorum detrimentum

trimentum sanctio prioris capitii obseruari, & creditoribus prioribus, deficiente occasione praedia distrahendi, ratione usurarum currentium satisficeri potest (§. 8.). Atque hoc medium illud ipsum est, quod hactenus sub denominatione acceptationis in solutum subsidiariae & prouisionalis secundum praeuiam aliquam taxationem factae expendimus. Sole igitur ipso illustrius & clarius adparet, ex animo & mente legislatorum acceptationem in solutum interimisticam medium esse debere, quo adhibito creditores priores pendente cursu ex redditibus praediorum *plene* usuras currentes percipere possunt, quippe quarum denegationem & imminutionem in primo capite expresse reprobarunt. Quodsi vero creditores mediante hac acceptatione in solutum perfecta eaque plena perceptione usurarum futurarum gaudere debeant; taxatione, ad instruendam hanc acceptationem facta, ita comparata sit necesse est, ut huic fini exacte respondeat. Quod quum nemo de taxatione praediorum quoad substantiam adserere possit, utpote quae neutiquam exactum reddituum annuorum pro usuris percipiendorum valorem determinat; perspicuum est, hanc taxationem vnicce *interimisticam fructuum* vel *redditum* esse oportere, qua rite adhibita constare potest, quantae summae annuae usurarum futurarum fructus vel redditus anni praediorum, acceptatione in solutum facta, soluenda sufficiant.

§. 27.

**NON PRETIVM VENDITIONIS PRAEDIORVM  
RESPICIT.**

Quum igitur tam indeoles acceptationis in solutum subsidiariae & prouisionalis, quam finis & ratio decreti nostri communis perspicue doceat, taxationem, secundum quam illa fieri debet, nonnisi *interimistica* taxationem fructuum esse debere (§. 25. 26.); facile est ad intelligendum, nihil magis aberrare a mente & sententia legis nostrae, quam per hanc taxationem verum ipsorum praediorum pretium, quo postea distrahenda veniunt, & ex quo creditoribus circa finem processus concursus satisfaciendum est, determinare. Sicuti taxatio, quae verum ipsorum praediorum pretium determinat, quam taxationem *substantiae* vocamus, perquam maxime a taxatione fructuum interimistica differt (§. 24.); ita constitutio nostra de posterioris generis taxatione vnicce intelligenda, neutiquam priorem, vel per eam veri praediorum pretii determinationem exigit, sed hanc determinationem, vti aequum est, a futura eorum distractione exspectat. Neque contrarium innuunt verba huius constitutionis loquentia de creditoribus posterioribus, so vermöge der Vrthel vnd cedirten Güter Valor tempore publicatae sententiae hätten ihre zuerkannnen Pöste bekommen können. Quamuis enim non infinitas iuerim, hunc valorem praediorum, secundum quem ex mente huius constitutionis creditores posteriores, si tempore sententiae

tentiae prioritatis publicatae distractio fieri potuisset, ex praediis solutionem forte consequi potuissent, de ipso eorum pretio, in distractione pro iis soluendo, accipendum esse; nemo tamen inde conclusionem inferre poterit, hunc valorem praediorum obiectum eius taxationis esse, quam demum sequentia verba legis ad finem remedii prouisionalis, valorem praediorum neutquam respicientis, praescribunt. Quemadmodum ne vestigium quidem ullum huius taxationis in adductis legis nostrae verbis occurrit; ita sensus eorum naturalis minime ipsum remedium nostrum, quippe quod in sequentibus demum traditur, sed tantum rationem & finem huius constitutionis exponit, vi cuius legislatores remedio subsidiario & prouisionali praecauere volunt, ne incrementum quotidianum summae prioribus creditoribus debitae, ex usuris currentibus proueniens, spem posteriorum minuat, ex pretio ipforum praediorum id aliquando consequendi, quod, si statim post sententiam prioritatis distracta fuissent, forsitan essent consequuti (§. 8.).

## §. 28.

## CONTIN VATIO.

Adiuuatur sententiae nostrae veritas, taxationem nempe, quam legislatores acceptationi nostrae in solutum praemittendam iubent, neutquam ad determinandum verum praediorum valorem, quo posthac veneunt, tendere, dispositione litterarum Reuersalium de A. 1621. §. 20. quae declarationi consti-



tutionis nostrae maxime inferuire potest, vbi, postquam intuitu addictionis in solutum secundum taxam caustum erat, vt tantum prouisionaliter & interimistice ad distractionem vsque locum haberet, nec creditoribus solutionem crediti, quae demum ex venditis praediis illis esset exspectanda, tribueret, haec verba subiiciuntur: *Sollte aber nach Verkaufung der Güter sich befinden, dass die Schulden alle nicht bezahlt werden können, so soll alsdenn der Debitor in einen dazu verordneten Schuldthurm geworfen werden.* Quodsi igitur solutio creditorum plenaria non ex pretio taxationis, sed demum ex pretio, ex venditione praediorum redacto, virtute dispositionis legislatorum petenda sit, adeo vt nequaquam quantitas pretii taxatione determinati, sed summa pretii praediorum vendorum, omnibus dissoluendis nominibus non sufficientis, instar normae in applicanda debitori obae-rato carceris publici poena spectari debeat; certo consequitur, vt taxationis pretium premiumque venditionis minime vnum idemque sit, ideoque indoles taxationis, acceptationem in solutum antecedentis, haud in eo versari possit, vt pretium praediorum, quo postea, oblata commoda occasione, distrahenda sunt, per eam determinetur. Alia igitur natura eius sit necesse est, quae ex ratione & fine constitutionis nostrae explicanda, in eo quidem consistit, vt pretium fructuum & redditum praediorum, in vicem usurarum currentium & futurarum a creditoribus mediante acceptatione in solutum per-

ainditur

54

percipiendorum, definiat, siue paucis, ut taxatio fructuum sit, non substantiae. (§. 26.)

§. 29.

QVA RATIONE HAEC TAXATIO INSTITVENDA  
SIT.

Quae hactenus de vera huius taxationis indole differimus, genuinum nobis suppeditant principium, vnde, qua ratione eadem in finem acceptationis in solutum subsidiariae & prouisionalis instituenda sit, diiudicari potest. Acceptatio in solutum subsidiaria medium esse debet, quo creditores priores post sententiam prioritatis, impedita praediorum distractione, usuras currentes ex fructibus quasi iure antichre-  
eos plene percipere possunt (§. 18.). Quare taxatio interi-  
mistica, quae vnicce ad instruendam hanc acceptationem in solutum fieri debet (§. 24.), ita instituenda est, vt per eam iustus fructuum vel reddituum annuorum praedii valor deter-  
minetur, qui a creditoribus acceptantibus in vicem usurarum pendente hoc remedio interimistica percipi possunt. Et quum creditores, praedium aliquod in solutum accipientes, fructus eius non iure dominii tamquam fructus rei propriae (§. 15. sqq.), sed potius iure antichrestico, quod conductionem in-  
voluit (§. 18.), tamquam fructus rei alienae adquirant (§. 13.); perspicuum est, taxationem nostram eam imitari non posse, quae ad finem venditionis ipsius praedii verum pretium ex-  
ponit, sed eius taxationis naturam sequi, quae ad finem

loca-

*locationis conductionis iustum praesentis usus vel annuorum emolumenterum, quae exinde percipi possunt, valorem ostendit.* Atque taxatio fructuum hac ratione instituta dilucide determinabit, quinam creditorum priorum intuitu usurarum, quae ipsis debentur, currentium interimisticè ad acceptationem in solutum admitti queant, & determinatis acceptantibus locum faciet, eas ita percipiendi, ut vterque finis constitutionis nostrae, nempe *ius quaesitum* creditorum priorum, & *securitas* posteriorum, quoad eius fieri potest, obtineatur.

## §. 30.


## DECLARATIO EIVS VLTERIOR.

Quam ferax hoc principium grauissimarum sit conclusio-  
num, neminem ad illud animum aduententem fugere po-  
terit, quarum nonnullas illustrationis caussa adiicere iuuat. Sic  
primo inde facile intelligi potest, cur in instituenda hac taxa-  
tione earum rerum ratio haberi nequeat, quae intuitu credi-  
torum acceptantium nec *naturalium* nec *civilium fructuum*  
rationem habent, seu vnde hi, durante hoc interimistico, nul-  
la emolumenta pecuniaria percipere possunt, quamuis alias in  
se conditionem praediorum omnino meliorem reddant, qua-  
lia sunt *iurisdictio*, *ius patronatus*, & *arbustula*, quae in  
supplementum filuae ad futurum praediorum usum seruantur,  
Etiamsi enim res huius generis omnino ipsum praediorum  
valorem

valorem augeant, earumque in taxatione, quae venditionis caussa suscipitur, optimo iure ratio habeatur; non tamen hic in censum venire possunt, vbi de sola aestimatione fructuum, a creditoribus loco usurarum currentium percipiendorum, agitur, qui exinde ad creditores redundare nequeunt. Deinde manifestum est, in hac taxatione neutiquam ad eos attendi posse fructus, qui nonnisi *factis in rem impensis utilibus possibles* spectantur, & pro praesenti praediorum statu eodemque manente percipi nequeunt. Creditores enim, praedia quoad fructus pro usuris futuris in solutum accipientes, ideoque iure antichrestico tamquam lege eadem detinentes, impensas vtiles in ea facere, iisque factis eadem meliora reddere non quidem prohibentur (y), neutiquam vero ad hoc facendum neque ex regulis iuris neque ex regulis prudentiae ob incertum huius remedii interimitlici tempus & perpetuum iuris offerendi metum obligati sunt. Vnde sicuti nemo ab illis meliorationem praediorum de iure exigere potest; ita etiam nemo ipsis fructus, a melioratione demum exspectandos, in usuras percipiendas imputare poterit. Quod eo usque procedit, vt, quum libero suo, praedia meliora reddendi, iure usi, impensas in ea vtiles fecerint, fructus harum impensarum tamquam fructus rei propriae spectare, & a creditore posteriori, qui erga eos iure offerendi vti vult, harum im-

pen-

(y) L. 25. v. de pign. aff.



penſarum ſolutionem in numerata pecunia ſecundum expreſſam conſtitutionis noſtræ diſpoſitionem exigere queant.

§. 31.

CONTINVATIO.

Tertio haud diſſiculter ex principio noſtro cognoscitur, in ineunda hac taxatione omnino habendam eſſe rationem *omnium onerum*, quae praediis in ſolutum acceptis inhaerent, fiue faecularia & ciuilia, fiue ecclesiastica ſint, ita ut aeftimatio fructuum, qui creditoribus acceptantibus cedunt, nonniſi *bis deductis* facta eſſe intelligatur. Onera enim realia, tamquam ipſi rei inhaerentia, ad dominum rei ſpectare, fiue hic rem ipſe detineat, fiue alteri vel iure antichreſeos vel etiam locationis ſimplicis ad uſum confeſſerit, notiſimi iuriſ est. Quapropter quum creditores, remedio noſtro ſubſidiario & prouisionali vtentes, praedia non tamquam propria, ſed tamquam aliena quaſi lege conductionis quoad fructus in vicem uſuraruſ currentium in ſolutum accipient (§. 15-18); eodem iure eo magis gaudere debent, quo euidentius idem ratio & finis huius remedii, ſcilicet plena & perfecta uſuraruſ percepſio, requirit, & quo minus uſus huius remedii eorum conditionem ſecundum veram conſtitutionis noſtræ mentem reddere debet deteriorem (§. 8.). Quarto ſimiliter intelligi potest, in hac taxatione etiam *caſuum fortuitorum & impenſarum neceſſariarum magnarum* in praedia, praeferti quoad aedificia,

aedificia, secundum prudens peritorum arbitrium rationem esse habendam. Quemadmodum huius conjectarii veritatem natura negotii & omnes iam adductae rationes abunde confirmant; ita etiam idem cum praecedenti iuris analogiae & aequitati ad amissim conuenire, vel inde perspici potest, quod secundum praxin communem, si hoc remedium acceptationis in solutum non adhibeat, onera realia, casus fortuiti, & impentiae in rem factae necessariae ad massam concursus spectare, eamque, non vero ius creditorum priorum, immixtuere censemur. Vnde nihil magis naturale est, quam creditores hoc remedio vsos eiusdem, non vero deterioris, conditionis haberi. Denique quinto obscurum esse nequit, in hac taxatione rite instituenda ad praesentem eumque *communem valorem fructuum*, neutquam vero ad antiquum aliquem, qui multis ante annis obtinuit, & iam dudum exoleuit, esse respiciendum. Leges enim in constituendo iusto pretio generaliter ad tempus contractus (z) seu praesentem aestimationem respicere iubent (a); quod itidem non potest in pretio fructuum, quod haec taxatio desinit, non obseruari. Iam vero vetus taxa nostra Megapolitana, quae nomine *provincialis* (*Land-Taxe*) venit (b), &, ipso *TORNOVIO* teste, lon-

I. 2

gacua

(z) *L. 8. in f. C. de rescind. vendit.*(a) *L. 3. §. 5. n. de iure fisci.*(b) *Eam exhibet PETR. TORNIVS l. c. P. 1. cap. 3. sect. 5. §. 14.*  
*p. 639. sqq.*

gaeua licet atque communiori praxi adprobata, numquam tamen publica lege pragmatica introducta est, praesenti rerum valori haud conuenit (c), atque sine iniuriantis nota haud adhibetur (d). Quum enim pretia rerum a varietate temporum aliarumque circumstantiarum pendeant, ex iisque faciūs mutentur, augeantur, minuantur, neque negari queat, faciem rerum recentioribus temporibus haud parum esse immutatam; taxa illa prouincialis antiqua in finem acceptationis in solutum nullo modo pro norma iusta haberi potest: ut silentio praeteream, constitutionem nostram nusquam disposuisse, vt creditores praecise secundum taxam prouinciam in solutum accipere tenerentur. Hinc taxa alia reditibus praedii magis conformis magisque congrua hic adlumenda est, qualis merito ea censetur, qua in locationibus possessorum principi propriorum sive domianiorum vtuntur, quam *taxam camerae* (*Cammer-Taxe*) dicunt, cuius ratio rationi taxationis hic adhibendae exacte respondet. Et hanc quidem taxam ad finem quoque acceptationis praediorum in solutum iam plus simplici vice haud ita pridem in curia prouinciali praescriptam esse, nuperime comperimus.


§. 22.

(c) Consentit Auctor *Responsi Facult. Jurid. Rostoch.* quod extat apud ERN. IO. FRID. MANZELIVM in *Iure Mecklenb. & Lubencis illustrato* P. 1. centur. 3. iudic. 24. pag. 144. (*Rostoch.* 1749.) Add. cit. diff. *Manzelio-Duuiiana* §. 29. pag. 41.

(d) Iniquitatem huius taxae haud raro creditores sua iam aetate conuestos esse testatur ipse *TORNIVVS* l. c. pag. 645. sq.

EFFECTVS HVIUS REMEDII INTVITV VSVRA-  
RVM ET FRVCTVVVM.

Exposita huc usque pro scopo tractationis nostrae vera natura & indole remedii nostri subsidiarii & interimistici, tam quoad ipsam acceptationem in solutum, quam quoad taxationem, quae illi praemittitur, non a re alienum fore iudico, ad maiorem huius argumenti illustrationem quaedam de ulterioribus eius effectibus subiungere, quos non raro graues in foro controversias excitare videmus. Proximum esse & generalem huius remedii effectum, ut creditores priores, *salvo iure sortium* ipsis debitaram, fructus praediorum in solutum acceptorum in compensationem usurarum currentium & futurarum iure creditorum antichresticorum adquirant, ex antecedentibus abunde adparet. Quodsi vero, ut plerumque in concursu usu venire solet, plures creditores ad hanc praedii in solutum acceptationem admittendi sint; ardua se offert quaestio, quomodo hi inter se concurrant, quae ratione partes in hac acceptatione faciant. Secundum expressa decreti nostri communis verba distinctio adhibetur, *vtrum diuisio* praedii in solutum accipiendo *actualis* eademque *naturalis* si ne insigni redditum eius imminutione fieri possit, & creditoribus placeat, nec ne. Priori casu constitutio nostra hanc divisionem actualiem & naturalem permittit, quo facto eatenus separatae manent creditorum rationes. Posteriori vero casu



lex creditoribus prioribus *coniunctim* acceptationem, administrationem, & redditum perceptionem concedit, eosque eatenus cum exclusione aliorum creditorum in *communione* quadam *positiva* vel in *societate simple* constituit (§. 14.). Quum vero acceptatio in solutum praedia non quoad substantiam vel proprietatem, sed tantum quoad fructus, respiciat (§. 15. sqq.); facile est ad intelligendum, communionem & societatem creditorum acceptantium minime etiam praedia ipsa quoad proprietatem, sed tantum fructus & redditus eorum concernere, adeoque pro mera *fructuum societate*, quam alii *societatem aquae* vel *interusurii* dicunt, & a *societate*, quam *sortis* vocant, distinguunt (*e*), esse habendam, cuius *unicum* fundamentum in *vsuris*, quae ipsis debentur, currentibus & futuris situm est. Et quia in omni societate & lucrum & damnum in re communi contingens inter socios *prorata* commune est (*f*); idem etiam in praesente acceptantium societate intuitu lucri & damni, *fructus praediorum* communes concernentis, statuendum est. Vnde quum incrementum fructuum in antichresi expressa citra notam *vsurariae prauitatis*, etiam si modum *vsurarum* excedat, creditori antichrestico de iure debeatur (*g*), hoc augmentum fructuum lucero acceptan-

(*e*) Arg. L. 58. n. pro *socio*.

(*f*) §. 1. *Inst. de societate.* GEO. AD. STRUVIVS. I. c. P. 1. *exere. 22.*  
th. 30. ibidemque MÜLLERVS *not. d. 6* & ab eo citt. DD.

(*g*) L. 14. C. *de usuris.* L. 17. C. *cod.*

ceptantium pro rata cedit, sicut decrementum eorum, per causas fortuitos contingens, simili modo ad omnes pro rata spectat. Quaecunque igitur sit summa fructuum vel naturalium vel ciuilium, finito anno aliquo ex praediis in solutum coniunctim acceptis perceptorum, siue haec factam taxationem exaequet, siue eam superet, siue ab eadem deficiat, ea omnibus coniunctim acceptantibus pro usuris eius anni communis est, atque inter omnes pro rata secundum leges societatis diuidenda est.

§. 33.

QVA RATIONE FRVCTVS INTER CREDITORES  
DIVIDENDI SVNT.

Quodsi igitur creditores summam fructuum & redditum quotannis perceptorum, tamquam communem inter ipsos pro usuris post acceptationem debitum, pro rata diuidere velint; ardua nobis occurrit quaestio, rationem huius ratae concernens, utrum scilicet haec summa fructuum in ratione *iparum sortium*, an in ratione *usurarum annuarum*, quae singulis vi contractus debentur, diuidenda censeatur. Quum in similibus usuris, quae eamdem ad fortis suas rationem habent, eadem sit ratio sortium & usurarum; momentum quaestionis nonnisi in eo casu effectus prodit, quo diversis creditoribus vi contractus cum debitore communi initi diversae seu dissimiles usurae v. c. alteri quincunces, alteri semisses de-

ben-

bentur (b). Cuius quidem quaestionis decisio vnicē a natura & indole acceptationis in solutum, quae societatem inter creditores acceptantes constituit, dependet. Quodsi creditores ipsa praedia quoad substantiam & proprietatem in compensationem fortium debitarum in solutum acciperent; omni sane dubio careret, quin, quum ipsae fortis fundamentum communionis & societatis absoluissent, diuisio fructuum in ratione fortium inter creditores fieri deberet. Quum vero in vſu remedii nostri creditores praedia non quoad substantiam, sed vnicē quoad fructus, interimistice non in compensationem fortium, sed vſurarum post hanc acceptationem debitarum, in solutum accipient (§. 17.); simili modo evidens est, quum nonnisi hae vſurae fundamentum communionis & societatis fructuum constituant, summam fructuum & redditum inter eos in ratione harum vſurarum, quarum perceptionem acceptatio vnicē intendit, esse diuidendam. Exakte hoc naturae societatis conuenit, in qua res communes in ratione col-

latorum

(b) Quod ad vſuras femelles attinet, illae quidem in *Conſtit. Magop.* d. 25. Jun. 1655. adprobatae leguntur, sed huius constitutionis dispositio haud ita multo post prorūs immutata est per *Reſcriptum d. 20. Febr. 1662.* ex quo iudicū ſententiae in adjudicandis vſuris circumscriptae fūt quincuncium quantitate, quae inde regulam constituent, abs qua praeterquam in caſibus exceptis haud recedendum. Prima quidem exceptio in comitiis constituta eft, & ad casum morae ſe refert, vid. *TORNOVIVS I. c. P. 2. p. 64.* cui deinde altera exceptio a Sereniss. Duce CAROLO LEOPOLDO addita eft per *Reſcriptum d. 16. Mart. 1718.* quo iudices vſuras etiam femelles, ſi consensus regiminis vel domini directi acceſſerit, adjudicare iubentur.

latorum dividenda dicuntur (i), quorum vice in hac creditorum societate vsuras post acceptationem ipsis debitas fungi constat (§. 32.). Idem sequenti adhuc consideratione confirmatur. Constat inter omnes, in sententia prioritatis, acceptationem in solutum antecedente, singulis creditis vsuras secundum qualitatem & quantitatem, quae illis vi chirigraphoruni competit, adponi, quod v. c. sequentem ferre in modum fieri solet: *Mevius mit 1000 Rthlr. N<sup>o</sup>. vi obligationis d. 17. Ian. 1730. mit 4 iährigen Zinsen zu verschriebenen 5 pro Cent; Caius mit 800 Rthlr. an Holländischen Duoden laut Verbeschreibung de T. Trinit. 1741. mit 4½ iährigen Zinsen zu 4 pro Cent; &c.* Quum vero sententia prioritatis in peragenda acceptatione, quae hanc insequitur sententiam, ex voluntate Serenissimorum legis nostrae conditorum instar regulae & fundamenti obseruanda sit; fieri hinc sane nequit, vt singulis creditoribus maior fructuum pars, in vicem vsurarum percipiendorum, concedatur & ab illis percipiatur, quam quae tantam exaequet annuarum vsurarum quantitatem, quantam sententia prioritatis singulis eorum adiudicavit. Hoc est, quod diximus, diuisio fructuum inter creditores in ratione vsurarum fieri debet. Neque hic sollicitanda sunt verba constitutionis: *vnd die Intradens pro rata ihrer Foderung unter sich theilen; quasi per vocabulum: Foderung, legis-*

(i) L. 29. pr. n. pro socio.

legislatores ipsas sortes intellexissent. Quum enim vocabulum Germanicum *Foderung* generalis sit terminus, & illud, quod quis ab altero exigit, denotet; rationi conueniens est, illud in hac significatione naturali secundum orationis nexum de ea eius specie accipere, cuius solutionem per acceptationem in solutum haec lex intendit, quae illud non concernit, quod creditoribus ratione sortium, sed tantum illud, quod ipsis ratione usurarum currentium a debitore communi debetur. Eadem haec principia etiam diuisionem praediorum actualem & naturalem, de qua §pho antecedente dictum est, determinant, atque in ea etiam ad rationem usurarum respiendum esse ostendunt.

## §. 34.

EFFECTVS HVIVS REMEDII INTVITV SORTIVM  
ET PRETII DISTRACTIONIS.

Quum constitutio nostra remedium acceptationis in solutum tamquam prouisionale & interimisticum futuram praediorum, a creditoribus prioribus in solutum acceptorum, distractionem neutiquam tollat, sed potius omnes creditores etiam post vsum huius remedii ad eam pro viribus promouendam expresse obliget (§. 9.); noua quaestio exoritur, quisnam ipsis effectus intuitu sortium acceptantibus debitarum & pretii venditionis tribuendus, seu utrum hoc remedium etiam

etiam futuram sortium solutionem ex pretio venditionis facienda attingat, nec ne. Quod omnino & simpliciter negandum esse, cum ratio tum natura huius remedii apertissime ostendit, quin nil nisi interimisticam currentium usurarum prioribus creditoribus debitaram solutionem, *salvo omni reliquo iure creditorum*, pro fine agnoscat, & per inse-quentem praediorum distractionem omnes eius effectus quo- ad futurum tollantur & cessent (§. 11.). Quodsi ergo prae-dia interimistica in solutum accepta postea iustum inueniant emtorem; pretium venditionis summam acceptantibus debitam vel praecise exaequat, vel secus. Sin prius acciderit, acceptantes omnes omnino exinde sortem debitam cum usuris praeteritis debitis consequuntur, sed neutiquam iure aliquo speciali, ex praecedente acceptatione in solutum quaefato, sed eo iure, quod sententia prioritatis ipsis tribuit, & ex quo per acceptationem in solutum ad usurarum admissi sunt perceptionem. Sin vero posterius contigerit, pretium ex venditione redactum vel summam acceptantibus debitam superat, vel ab eadem superari intelligitur. Priori casu iterum acceptantibus ex hoc pretio id, quod ipsis sortium & usurarum nomine debetur, vi sententiae prioritatis soluendum est; re-siduum vero, quod ratione *hyperochae* habet (k), haud tamquam lucrum ex re aliena creditoribus acceptantibus cedit (l),

K 2

sed

(k) L. 20. n. qui pot. in pign.

(l) L. 24. §. 2. n. de pignor. aff. L. vlt. C. de distract. pign. &amp; hypoth.

sed tamquam pars massae concursus residua ad satisfactionem  
creditorum sequentium secundum seriem sententiae priorita-  
tis adhibetur. Posteriori casu, qui facile accidere potest, non  
tantum ob taxationem interimisticam iusto maiorem factam,  
sed cum primis etiam ob ingentem usurarum praeteritarum,  
prioribus acceptantibus debitarum, summam vna cum sorte  
soluendam (§. 6.), non omnes acceptantes ex venditionis pre-  
tio, quod summa eorum, quae ipsis debentur, minus est,  
partem crediti sui consequuntur, sed secundum argumentum  
sententiae prioritatis prioribus ex illis, quoad eius fieri pot-  
est, plene satisfaciendum est, reliquorum non magis ratione  
habita, ac si ad remedium acceptanceis in solutum numquam  
essent admissi. Veritatem huius assertionis non tantum ratio  
& indeoles huius remedii probant, cuius tamquam interimi-  
stici finis & effectus, distractione praediorum facta, cessant,  
sed manifesta etiam iustitia confirmat, vt pote quae permitte-  
re nequit, vt per hoc remedium in omnium creditorum vi-  
litatem introductum ius quaesitum priorum tollatur. Neque  
etiam posteriores acceptantium, qui spe sua excidunt, re cer-  
to iudicio ponderata, quod conquerantur, habent. Quodsi  
enim postea adparuerit, iustum praediorum debitoris pretium  
satisfactioni eorum impar esse; tantum abest, vt de laesione  
post acceptanceem queri possint, vt potius sibi gratulari de-  
beant, quod hac acceptancee mediante interim usuras perce-  
perint, quas sine ea numquam essent consequuti. Hinc etiam  
decidi

decidi potest quaestio, vtrum posteriores acceptantium, hunc distractionis exitum praeuidentes, adiudicationi praediorum emtori faciendae contradicere, & hoc facto eam impedire queant? Si, quod emtor offert pretium, iudici iustum videatur, hoc omnino negandum est, quum inter sit reipublicae, lites exitum habere, qui tamen posito hoc iure creditorum posteriorum haud facile esset exspectandus. Accedit, quod constitutio nostra posterioribus acceptantibus etiam post factam in solutum acceptancem *ius offerendi* erga priores concedat (§. 7. n. 5.), cuius per usum re adhuc integra ius priorum distrahendi praedia tollere, atque hac ratione distractionem, quam sibi noxiā arbitrantur, impedire possunt.

## §. 35.

## E P I L O G V S.

Haec igitur, L. B. pro instituti ratione & viribus nostris qualibuscunque dixisse de hoc argumento sufficient. Prodeunt ita studiorum nostrorum rudimenta, prodeunt non ipsorum doctrinae, sed humanitatis & indulgentiae Vestrae fiducia nixa, quae in spem nos vocat, fore, ut primitias hasce, eo

K 3

confilio;

consilio, vt rationem studiorum debitam redderemus, conscriptas, aequi bonique consulatis, & si censura, vt arbitratur, dignum aliquid inuenieritis, beneuolo animo li-  
tura notetis, correctioni subiiciatis, emendatione hono-  
retis. Nobis pro ea, qua sumus aetate, sufficiet, si mo-  
do non tota Vobis displicerit opera nostra, & quale  
**OVIDII de carmine suo:**

*Quodsi minus digna est magna mea pagina laude,  
Et voluisse sat est.*

etiam Vestrum de nostro labore fuerit iudicium.



APPEN-

## APPENDIX.

## DVRCHL. v. f. w.

Wie sehr wir auch bey Auffsuchung der per Mandatum vom 11. huj. gnädigst verlangten Constitution de A. 1646, allen möglichen Fleiss angewandt haben; so sind wir dennoch nicht vermögend gewesen, dessen Original-Concept, weniger aber darüber verhandelte Acta im Archiv aufzufinden. Eine bloße alte Abschrift ist nur vorhanden. Wir überreichen selbige hiebey, vnd da sie mit des damaligen Canzlers *Johann Cothmanns* eigenhändiger Rubric versehen ist, so sollte man daher wohl die Vermuthung nehmen, dass, weil er vielleicht selbst der Verfasser derselben gefen oder wenigstens dabey zugezogen worden, diese Abschrift dem Original-Concept gleich zu achten wäre. Allein merkliche darinn vorkommende Defekte vnd Abweichungen von den Abdrücken obstiren dieser Praesumtion. Dreyfach ist iene Constitution im Druck zu finden, als erstlich bey der *Hofgerichts-Ordnung*, ferner in *Tornouii Tract. de feudis Mecklenburg. P. I. p. 675* vnd in der *Sammlung einiger Mecklenburgischen Landesgesetze und Verfassungen von Justitz-Sachen*, gedruckt Ao. 1744. p. 35. Alle drey harmoniren weder vollkommen unter sich, noch mit angeschlossener Abschrift, iedoch kommen die Abdrücke bey der Hofgerichts-Ordnung vnd der erwähnten Sammlung am mehresten mit einander überein. Wir haben alle 4 Exemplaria zusammengehalten, vnd in Anlage sub Litt A. deren Abweichungen bemerkt, welche so wichtig vnd wesentlich sind, das es schwer seyn wird, eine davon zu wählen. Diese Constitution ist in Gestalt eines gemeinen Bescheides, wie sie sich selbst nennet, abgefasst, sie ist aber darnahls wohl nicht in forma patenti durch den Druck bekannt gemacht, (im Archiv findet sich kein besondrer Abdruck davon) sondern vielmehr per Rescripta den Landes-Gerichten zur Nachachtung zugesertigt worden. Wären iene Rescripta cum inclus, dasselbst noch auf behalten, so könnten dadurch die verschiedenen Mängel der vorerwähnten Abschrift vnd Abdrücke am leichtesten berichtiget werden &c. Schwerin den 18. April. 1769.

CARL FRIEDERICH EVERS, JOHANN IEREMIAS KAHLEN.

VARI-

## A P E N D I X

VARIANTES LECTIOINES  
DER CONSTITUTION,

DIE CONCVRSE BETREFFEND.

D. D. 29. JAN. 1646.

**T**ornov. p. 675. lin. 16. *Schwerin vnd Ratzeburg*, sind nicht in der Abschrift, auch nicht in den übrigen Abdrücken, dagegen harmonieren diese 3 Exemplaria, vnd heisst es daselbst: *Administrator des Stifts vnd Graf zu Schwerin*.

**T**ornov. ibid. lin. 24. verb. *ihrer vielgeliebten Vettern*, dagegen in den andern einstimmig: *ihrer geliebten iungen Vettern*.

**T**ornov. ibid. lin. 25. *aus denen bey beyden*, dagegen in den andern Abdrücken vnd der Abschrift: *aus denen bey Dero beyden*.

**T**ornov. ibid. lin. 26. *und im Hof-Gericht &c.* bey den übrigen: *und Hosgericht*.

**T**ornov. p. 676. lin. 2. *und dieses Landes vnd Fürstl. Gerichts Herkommen*. In den beyden übrigen Abdrücken: *vnd dieses Landes vnd Fürstenthum Gerichts Herkommen*. Dagegen in der Abschrift: *vnd dieses Landes Fürstlicher Gerichte Herkommen*.

**T**ornov. ibid. lin. 3. auch *I. F. G. Lehn-Leuten*. In der Abschrift vnd den beyden andern Abdrücken: *Sondern auch I. F. G. Lehnleuten*.

*Tornov.*

Tornov. ibid. lin. 8. vnd die übrigen Abdrücke: *alle und iede Priorität- Vrtheil.* In der Abschrift: *alle und iede sothane Priorität- Vrtheil.*

Tornov. ibid. lin. 9. vnd beyde übrige Abdrücke: *so nach diesem dato publicaret werden;* stehen nicht in der Abschrift.

Tornov. ibid. lin. 11. vnd nur auf Jahrsschare erkannt. Die beyden andern Abdrücke: *vnd nur auf gewisse Jahre erkannt.* In der Abschrift: *auf gewisse Jahrsscharen.*

Tornov. ibid. lin. 12. item die Abschrift: *hiemit und Kraft dieses.* Die beyden andern Abdrücke: *hiemit und in Kraft.*

Tornov. ibid. lin. 17. item Abdruck bey der Hofgerichts-Ordnung; item Abschrift: *er auch der darauf rechtmässig.* In dem Abdruck der Sammlung aber: *er auch der auf rechtmässig.*

Tornov. ibid. lin. 30. item Abdruck der Hofgerichts-Ordnung; item Abschrift: *sie seyn ihres Capitals und laufenden Zinsen &c.* Bey dem Abdruck der Sammlung: *sie seyn ihres Capitals Zinsen.*

Tornov. ibid. lin. 34. vnd cedirten Güter. Abdruck bey der Hofgerichts-Ordnung: *vnd der edirten.* Abdruck bey der Sammlung: *vnd der cedirten.* In der Abschrift: *vnd deren cedirten Güter.*

Tornov. p. 677. lin. 3. item beyde Abdrücke: *dass sie endlich gar leer ausgehen würden.* In der Abschrift ist diese Stelle ausgelassen.

Tornov. ibid. lin. 6. item Abdruck der H. G. Ordin. item Abschrift: *Ordnung voranstellen.* Bey dem Abdruck der Sammlung: *so in der Ordnung stellen.*

Tornov. ibid. lin. 8. item beyde Abdrücke: *prioritatis die Taxation.* In der Abschrift: *Sententiae prioritatis, in den Sachen aber, darinn L schon*



schon eine Priorität - Vrthel publiciret, a dato dieses Bescheides die Taxation.

Tornov. ibid. lin. 11. it. Abdruck der Sammlung: Bezahlung bekommen. In der Abschrift: Bezahlung erlangen.

Tornov. ibid. lin. 12. ihre Bezahlung bekommen können, dieselbe Güter nach dem gemachten Taxt. Diese ganze Stelle fehlet in dem Abdruck bey der Hofger. Ordn.

Tornov. ibid. lin. 13. bis sie an einen. In allen andern: bis sie einen Käufer.

Tornov. ibid. lin. 14. denn höchstes Fleisses zu bemühen schuldig seyn sollen. In den beyden übrigen Abdrücken: doch höchstlich bemühen sollen. In der Abschrift: doch höchsten Fleisses zu bemühen schuldig seyn sollen.

Tornov. ibid. lin. 15. gerathen können. Dieses fehlet in allen übrigen.

Tornov. ibid. lin. 16. it. Abschrift: sonst darum können. In den andern Abdrücken: sonst damit können.

Tornov. ibid. lin. 18. die Creditores aber. Abdrücke vnd Abschrift: diejenige Creditores.

Tornov. ibid. lin. 21. deren bloffen Besitz sie etwa hiebevor. In den andern Abdrücken: deren bloffen Besitz sie schon hiebevor. In der Abschrift: deren Besitz sie etwa hiebevor.

Tornov. ibid. lin. 23. bis 27. it. beyde andre Abdrücke: gegen Wiederempfahung nothwendiger beständigen (in den beyden andern Abdrücken fehlet das Wort: beständigen,) Meliorationen, so zu I. F. G. Canzeley-Gericht Moderation, ohne einiger in hoc punto moderationis verstandener

*verstandener* (in den beyden andern Abdrücken: *verstattender*). *Appellation* ausgestellt seyn soll. Diese ganze Parenthesis fehlet in der Abschrift.

Tornov. ibid. lin. 28. it. die andern Abdrücke: *Proces seine*. In der Abschrift: *Proces allerseits seine*.

Tornov. ibid. lin. 29. it. die andern Abdrücke von: *oder da bis: erhandeln soll*. Diese ganze Stelle ist nicht in der Abschrift.

Tornov. p. 678. lin. 16. *Informatori*. In den beyden andern Abdrücken vnd der Abschrift: *Reformatori*.

Tornov. ibid. lin. 16. *Vrthel demienigen*. Zwischen diesen beyden Wörtern fehlet die ganze Parenthesis, welche in den beyden andern Abdrücken vnd der Abschrift also lautet: *Vrthel (daferne selbige in rem iudicatam ergangen, und wider sie keine andre Rechtsmittel vorgenommen worden,) demienigen*.

Tornov. ibid. lin. 17. *welchem er wieder vorgesetzet worden*. In den andern Abdrücken vnd der Abschrift: *welchem er wird vorgesetzet werden*.


Tornov. ibid. lin. 24. *hierunter erinnert*. In den übrigen: *hiemit erinnert*.

Tornov. ibid. lin. 33. *ausländische Facultäten Vrthel sich begeben*. In der Abschrift: *ausländischer Facultäten Vrtheilen sich begiebet*.

Tornov. p. 679. lin. 1. it. beyde Abdrücke: *creditorum & bonorum paternorum*. Diese Stelle fehlt in der Abschrift.

Tornov. ibid. lin. 10. *an Capital an Zinsen*. In den beyden andern vnd der Abschrift: *Capital als Zinsen*.

Tornov. ibid. lin. xi. *vorgezogen werden, welche sie*. In den beyden andern  
L 2



dern Abdrücken vnd in der Abschrift ist zwischen werden vnd welche eingerückt: vnd soll forthin zu mehrerer Nachricht der Facultäten bey allen Prioritäts-Affien copia dieser Ihrer Fürstl. Gnaden (in der Abschrift steht: *Vnser statt Ihrer F. G.*) Constitution beygelegt werden, welche sie &c.

Tornov. ibid. lin. 15. von dero Canzeley Directore und Räthen declariret seyn. In den beyden andern Abdrücken vnd der Abschrift: von dero (dem) Canzler, Canzeley Directoren (Directore) und Räthen declariret werden.

Tornov. ibid. lin. 16. gehorsamſt. In der Abschrift: gehorsamlich. In den beyden andern Abdrücken ist dies Wort ausgelassen.

## ERRATA.

Pag. 7. (d) lin. 8. lege: translati.

P. 14. (r) lin. vlt. 1. Dec. 25. n. 3.

P. 16. (z) lin. 4. verbo Ducalia addatur: Altenburgica & Hildburghusana.

P. 24. (n) lin. 2. l. part. 1. fol. 79.

P. 34. lin. 4. l. cessionis.

P. 38. lin. 2. l. dependet. Ibid. l. acceptatio.

- (r) lin. 1. l. de public.


P. 44. (c) lin. 1. l. cap. 4. feß. II. n. 27.

P. 46. lin. 5. a fine l. censetur.

P. 67. lin. 19. l. definit.







Göttingen, Diss., 1770




3

f

Sb.





*24*

Bra. 23. num. 31. *11. 1770, 1*

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**TAXATIONE ET ACCEPTA-  
TIONE IN SOLVTVM INTERIMISTICA  
PRAEDIORVM DEBITORIS IN CONCVRSV**

*A.D.*  
CONSTIT. DV CAL. MEGAPOL. D. D. 29. IAN. 1646.

*P. 487*

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO,  
DOMINO  
**G E O R G I O III.**  
MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE, ET HIBERNIAE REGE,  
DEFENSORE FIDEI, BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM  
DVCE, S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE,  
CONSENSV ET AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS  
PRAESIDE  
**GVSTAVO BERNH. BECMANNO,**  
IVR. VTRIVSQVE DOCT. PHILOS. MAG. ET VTRIVSQVE PROF.  
PVEL. ORDIN. NEC NON CONSIL. AVL. REG.  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE LEGITIMEQVE OBTINENDIS  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
AVCTOR  
**IOANNES GEORGIVS KAEMMERER**  
GVSTROVIO - MEGAPOLITANVS.

D. IIII. APRIL. C<sup>1</sup>CC<sup>1</sup> LXX.

GOETTINGAE,  
EX OFFICINA BARMEIERIANA.

